

2
P. 7. num. 23.
DE
POTESTATE 1764,
REGIS ROMANORUM
COMMENTATIO JURIS PUBLICI.

QUAM
PRÆSIDE 5
DN. JOH. FRIDERICO EHRLEN
PHIL. D. & INST. IMP. PROF. PUBL. ORD.
DIE LUNÆ XXIV. DEC. MDCCCLXIV.
SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
AUCTOR
JOHANNES FRIDERICUS HERRMANN
ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Excudebat JOH. HENRICUS HEITZ Universitatis Typogr.



ILLUSTRI
LIBERALITATIS
SCHENCKBECHERIANÆ
DNN. DISPENSATORUM
COLLEGIO

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
PRUDENTISSIMO, EXCELLENTISSIMIS
DE RE PUBLICA ET LITERARIA

ÆTERNUM MERITIS

PATRONIS

OBSERVANDIS, COLENDIS, VENERANDIS

UT GRATI ANIMI MONUMENTUM EXTARET

HAS STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCTOR.



B. L. S.

 *Varia esse hodiernum juris publici Germanici capita, legum fundamentalium dispositione nondum satis ad liquidum deducta, neminem latet. Inquirenti in rationes lucem affundit singularis qua hæc civitas conspicua est facies, tenebros prorsus dispellit ipsa hujus doctrinæ historia. Germania destituta olim legibus, uti in privatis, ita & in publicis consuetudine fere & moribus fuit recta: cives ejus libertati assuti majorum exempla atque instituta sequi, quam arctioribus legum vinculis constringi maluere. Non assignati Imperatoria potestati limites certi, non definita procurumjura, non populi libertas. Opibus deinde & auctoritate indies creverunt nobiliora imperii membra, indies deminutæ Cæsarum vires. Jam cum a seculi decimi quinti temporibus Germaniae solium concenderent Principes, a quorum ingruestra potentia non parum sibi timebant regni proceres, nec minus hi ipsi variis inter se dissident studiis, factum, ut in definiendis singulorum juribus haud leves subinde oriorentur difficultates. Plures illæ res publicæ speciales, vinculo pulcherrimo inter se unite, universæ civitati subordinata & in*

A 2

com-

communem totius imperii salutem votis suis confirantes, suas tamen rationes certo respectu separatas habere suisque commoddis propicere student. Aula Cæsarea & totius imperii saluti invigilat, & suis inhaeret consiliis. Ex adversa parte Ordines nihil habent prius, nihil antiquius, quam ut sua jura, suas prærogativas & partes, quas quisque in iurium majestaticorum exercitio sibi vindicat, contra omnes aliorum contumaciam strenue tueantur. Maxime vero inter hos ipsos, qui Principes curia stilo audiunt, Elecforum potentiae non parum invident. Inde sane fieri non potest aliter, ac ut leges Imperii pacificando quippe sanctæ vase nonnunquam de nonnullis capitibus statuant, alia prorsus fileant, alia denique ita componant, ut composita non videantur. Itaque cum conscribendæ exercitacioni academicæ animum adjicerem, mibi deprebendisse viderer, simile fere quid circa definiendam potestatem Regis Romanorum in legibus Imperii contigisse, atque Germaniae Doctores de eadem multo quidem dixisse, ast non semper ea, que omni exenta dubio sunt, hoc argumentum pro modulo virium, quas in me tenues esse lubens agnosco, elaborandum mibi sumere constitui. Equidem non ignorabam LUD. GODFR. MOGENIUM a. 1747. Gieslæ edidisse Diff. de Rege Rom., eoque vi Capitulationis Caroli VII. absente vel impedito Imperatore imperio habendas capessente; sed quod arbitrarer eum de hoc unicottantum casu egisse, a proposito non destiti, & licet commentatione mea ad finem fere perducta, ex ipsa inspectione didicerim, eum de tota potestate Regia locutum & in nonnullis meam fovere sententiam, me tamen, cum nec accurate satis, nec pro rei dignitate ubivis de ea differuisse videretur, instituti mei non penitus. Faveas meis conatus B. L. qui, si me a vero non aberrasse judicaveris, quicquid etiam vel elegantiae vel doctrinæ decedat, omne tamen me tulisse punctum, existimabo.

§. I.

§. I.

Jam ut oratio mea inde oriatur, unde bonæ methodi leges eam profluere præcipiunt, Regis Romanorum definitionem ex mente legum erutam & observantiae testimonia suffultam adornandam esse video. Quia in re, ne a recto deflectam tramite, haud dubie in instituti hujus originem inquirendum, finis quem Proceres Germanicæ in electione Regis intendunt, ex historicis momentis indicandus esset, varia tandem ejus jura ante oculos ponenda. Sed cum circa originem ejus otium mihi fecerint viri hac de re egregie meriti, * ei supercedere me posse existimo, reliqua momenta, quibus definitionem meam ab omnibus dubiis vindicem, infra ex professo evoluturus.

Regem Romanorum Principem esse dico, vivo adhuc Imperatore electum, eum in finem, ut sit indubitatus in Imperio Successor, & si Imperator ei concederit, vel absens aut impeditus fuerit, vices ejusdem gerat. **

* Primum inter illos locum ju-
re sibi vindicat Christian. Godofr.
HOFFMANN. in erudita commen-
tatione de Rege Rom. vivente Im-
peratore electo Franco. ad Viadrum
A. 1773. in qua per singulas Hi-
storiae Germ. periodos eundo ex ido-
neis testimonias, actisque publicis,
quid in cuiuslibet Regis electione
contigerit, diligenter exponit.

** SPENERUS quidem J. P.
L. IV. C. 10. §. 1. cum multis
aliis Regem ita definit, ut succe-
fionis tantum, non etiam adju-
torii faciat mentionem, ea ex ratio-
ne, quod in Capitulatione Rex

Dupliciter teneatur, sine conces-
sione Caesaris se nihil in impe-
rio esse gesturum. Sed arbitror
ego, adiutorium, quamvis olim
non fuerit primarius finis, quem
Electores in eligendo intenderunt,
ex constanti tamen recentiorum
temporum observantia legumque
mente cum successionis fine arcifissi-
me esse conjunctum. Quin nec ipse
sibi constat SPENERUS, cum id quod
ab initio nota (e) l. c. negat, in
fine & quibusdam aliis locis con-
cedat. In sequentibus tamen priori
sue sententiae strictissime inhæ-
ret, variasque eidem superfruit
doctrinas,

Duplicem ergo in hac electione finem deprehendimus, utrumque æque primarium. * Alter est, ut successio in tuto collocetur, & incommodis interregni, quæ in civita-

doctrinas, a quibus infra penitus recedam. Res ipsa breviter huc reddit. Tempore medii ævi unicus fere eligendi Regem finis fuit, ut successio esset certa, cum præcipue de eo admodum essent folliciti Germania Antifitites, ut Imperatoris dignitas in ipsorum domo continuaretur: qua de re ex multis duo saltē produco testimonia: HERMANNUS CONTRACTUS ad A. 1052. de electione Henrici IV. in Regem ita dicit: *Imperator Henricus magnus apud Triburiam conventu habitō, filium æquovocum Regem a cunctis eligi, eique POST OBITUM SUUM, si rector justus futurus esset, subjectionem promittit.* Ex actis electionis Conradi IV. in Chronico FRANC. PIPINI Tit. 3. C. 1. & 2. apud MURATORIUM Tom. IX. Script. Rev. Ital. p. 676, sequentia verbi huc pertinet: *Ipsò (Friderico II.) vicente salubriter & regnante feliciter de SUCCESSORIS nobis electione prævidimus, ne per ejus interitum iustitia diminutionem statutus patetur, Imperium & tranquillitas interiret . . . dum filium ejus ex nunc in FUTURUM IMPERATOREM nostrum POST EJUS MORTEM afferuimus. . . . Eligentes ipsum (Corradum) in Romanorū Regem & IN FUTURUM IMPERATOREM nostrum POST OBITUM PATRIS habendum.* Et li-

cet non negem, solenne olim fuisse Imperatoribus, futuros in regno successores in aliquam imperii communionem recipere, & extare exempla, Reges Imperatoribus auxiliatrices præstans manus, illud tamen non tam vi electionis, quam ex concessione Cæsarum factum esse existimo. Hinc etiam MOGENII sententiæ subscribere non possum, nullibi reperiri, aliquem Regem Imperatori non fuisse auxiliarium, afferentis. A temporibus Maximiliani I. vero semper deprehendimus Regem etiam in adjutorium fuisse electum, idquod hodie per §. 8. A. III. Capitul. Caroli VI. f. 11. ejusd. Art. Capitul. nov. extra omnem dubitationem positum est, quam causam tamen infra §. 15, fuisus persequar. Conferri quoque meretur de hoc fine ANDLER Confit. Imper. Tom. II. p. 1141 & 46. ubi simul ostendit, electionem Regis nec libertati electionis vim inferre, nec fraudem fieri Aureæ Bullæ ratione Vicariorum.

* Nolo successionem vocare primarium & adjumentum secundarium finem, cum ex allegat. §. Capitulat. pateat, adjutorium ferre unicam debere rationem esse, cur Rex eligatur, & successionem saltē in casu aperta utilitatis ac necessitatis.

civitatibus electivis nunquam fere non, deficiente summo imperante, insequi solent, obviam eatur: alter est, ut in praetractandis imperii negotiis Imperator adjutorem habeat atque vicarium.

§. II.

Stabilita hoc modo genuina, uti arbitror, Regis Romanorum notione, praecipua de potestate ejus capita enucleanda veniunt, quibus deinde, quid de maiestate ejus tenendum sit, ad calcem hujus tractationis subjiciam. Ut vero de priori momento accurate nunc agi possit, tria in eodem separanda esse existim: quoniam nimis tempore Regis potestas se exserat, quantam dein vindicare sibi possit, qualem denique jurene proprio, an delegato habeat, utrum ab Imperatore solum, an vero etiam vi electionis acceptam? De singulis suo ordine.

§. III.

Quodsi itaque nunc instituatur quæstio, quando Rex suam nanciscatur potestatem, illud statim monente HOFFMANNO atque MOSERO tenendum est, tempora antiquiora, uti in multis aliis juris publici doctrinis, ita in hac præcipue, a recentioribus probe esse fecernenda, qua in re nisi caute procedas, quovis passu te in errorem deductum videbis. Nunc vero illud ex actis & documentis historicis constat, antiquissimis temporibus Imperatorum filios non solum Reges, sed Coimperatores quoque fuisse creatos, statimque post electionem delegatas iis fuisse secundas imperii partes, insignemque tunc temporis eorum fuisse auctoritatem atque splendorem. * Neque deprehendi-

* Plena est ejusmodi exemplis | Carolus M. A. 813, filium Ludovici historia Stirpis Carolingicæ. Sic cum confortem sibi totius regni
mus,
histo-
ria Stirpis Carolingicæ. Sic cum confortem sibi totius regni
&

mus, ante interregni tempora Imperatorum studio, quo ferebantur, filios vel participes regni, vel successores sibi

& Imperialis nominis heredem constituit. EGINHARD *Vit. Caroli M.* C. 30. *Extremo vita tempore*, cum jam & morbo & senectute premeretur, evocatum ad se Ludovicum Aquitanum Regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat, congregatis solemniter de toto Regno Francorum primoribus consilio confortem sibi, totius regni & imperialis nominis heredem constituit, impositoque capiti eius diademate, Imperatorem & Augustum iussit appellari. Sic Ludovicus I. Lotharium filium Socium Imperii sibi adscivit. ANNAL. FULD. ad Ann. 817. *Ludovicus Imperator filium suum primogenitum Hlodbarum coronavit, & nominis aquae imperii sui socium sibi constituit.* Sic Lotharius in responsione ad CAPITULUM III. QUERELARUM LUDOVICI AUGUSTI ait: *Seconfortem totius Imperii a patre constitutum IN OMNI POTESTATE ET HONORE, IN OMNI CONSCRIPTIONE ET NOMISMATE*, apud RATBERTUM in Vita Wala Lib. I. Cap. 16. Hinc etiam ab eo tempore omnia diplomata utriusque nomine edita & signata fuerunt. Testatur id Scriptor corvus AGORARDUS in Epistola sua ad Ludovicum N. 4. ibi: *In processu quoque temporis, quotiescumque aut quocunque Imperiales Litera mitterentur, ambo vrum Imperatorum nomina continet;*

bant: & hodienum plura ejusmodi diplomata extant in GOLDASTR. *Constit. Imp.* T. I. p. 154. T. II. p. 15. T. III. p. 243. MONUMENT. PADERBORN. p. 113. MARTENE & DURAND *Thef. Anecd.* T. I. p. 24. AVENTIN. *Ann. Boj.* L. IV. C.IX. N. 37. in quibus fere omnibus hic titulus: *In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi* HLUDOVICUS & HLOTHARIUS divina ordinante providentia Imperatores Augusti. - -

HLUDOVICI, Serenissimi Imperatoris;
Signum HLOTHARII, gloriissimi Augusti.

Eodem modo Lotharius, filium Ludovicum, Imperatorem renunciari curavit. ADOLPHUS VI. Chron. pag. 809. *Nou multo post Lotharius filium suum, quem in Italia Regem secerat, ut Imperatoris nomen sortiretur, per Drogo-nem patruum Romanum misit.* Pauciora fere deprehendere licet sub Imperatoribus Saxoniciis ultimonia, Reges in confortum imperii statim post electionem fuisse receptos. Habemus tamen exemplum Ottonis M., qui filios, Ludolphum & post eius rebellionem mortemque, alterum Ottoneum II., Coimperatores constituit. CHRONOGRAPHUS & ANNALISTA SAXO ad a. 947. *Rex (Otto) communis totius Senatus consensu eum (Ludolphum) Regni confortem constitueris,*

fibi certos videndi, opposuisse se Ordines Imperii, quin nullus sit omni hoc tempore Imperator, cui non vivo filius, si quem habuerit, successor fuerit destinatus.

S. IV.

Aucta vero sequenti anno Procerum potentia & mutata status publici facie, cum Imperatoris potestas magis magisque deprimeretur, Principes omnia removere studerent, quæ jurium suorum incremento possent pone-re obicem, factum est, ut electiones Regum difficilior ac

tuens, sibique succedere optans.
De Ottone II. prater alios SIGEBERTUS LEVITA in vita Theodorici I. Meterensis Episcopi, C. 12, apud LEIBNIT. Script. Rer. Bruns. Tom. I. p. 300. *Succedentibus ergo bonis & gratia Dei cumulante gaudia gaudii.* Otto Imperator Italianam sepe repetens regionem filium suum sibi cognominem bona indole adolescentem patris virtutibus respondentem jandudum A-quigrani undum in Regem fecit sibi concevari, ut delegatis ei secundi Imperii partibus ipse inadul-gens suos, quod supererat eis, tranquillus ageret. Ab eo tempore in diplomatis Coimperator vocatur; vid. SCHATEN Annal. Paderb. L. IV. p. 34. ibi: *Pro statu quoque & incolumente vel imperii nostrri, filiique & Coimperatoris zostrri Ottonis.*

Ex gente Francomica deprehen-do quidem in oratione Henrici IV. Conradum filium ejus in confor-

titum fuisse adscitum apud AVEN-TINUM Annal. Boj. L. V. C. 17. N. 9. ibi: *Filius meus illecebris feminis captus, quem genui, PARTICIPEM REGNI FECI, successorem declaravi,* sed cum scriptores, qui ejus electionem narrant, hujus consortii nullam faciant mentionem administrationis regni, non vi electionis, sed ex concessione patris immiscuisse se Conradum arbitror.

De HENRICO, filio CONRADI III. Hohenstaufi lego apud OTTONEM FRIS. de gestis Fridr. I. L. I. C. 43. At Conradus Rom. Rex Principes convocans in oppido Orientalis Francie Franconetum (- -) generali curiam celebrat: ibique filio suo Henrico adhuc puero, per electionem Principum Rege constituto in palatio Aquis etiam Dominica mediana Quadragesima Regem inimigi ac coronari jubens, REGNI PARTICIPEM LEGIT.

ac anteā procederent. * Tandem res eo pervenit, ut Electores Capitulationi Maximiliani II. insererent Art. XXXIII. ** in sequentibus omnibus, quæ Regibus præ-

* Nota sunt exempla, quæ statim post interregnum contigerunt. 1) Rudolphii I., cuius extremis vita temporibus filium Albertum constituerunt sibi successorem conatus felici caruerunt successu. **TRIHEMIUS** in *Chron. Hirsaug.* ad a. 1291. 2) Caroli IV., qui superatis demum pluribus difficultatibus post multos labores, largis tandem, quas praftare vix potuit, promissionibus, eo permovit Electores, ut Wenceslao filio vota ad consequendam dignitatem regiam non denegarent. **CHRON. MAGD.** apud **MEISOM.** *T. II. p. 348.*

Quantis difficultatibus, jurijs, litibusque electio Ferdinandi I. fuerit involuta, quantis animorum motibus hæc controversia adhuc post electionem & coronationem agitata, donec tandem a. 1544, d. 11. Maj. in Comitiis Spirens. sponseretur, neminem latere arbitror, conf. **HORFMANNUS** l. c. p. 64-74, qui ex actis & documentis undique diligenter conquisitis fusa admodum & solide rem narrat.

** *Wir sollen und wollen auch Uns keiner Regierung nach Administratio im H. Römischen Reich weiter oder anders unterziehen, denn so viel Uns das von Kayserl. Maj. vergönnt und zugelassen wird: Dass Wir auch Ibro Kayf. Maj.*

*in Zeit ihres Lebens in ihrer Hoheit und Würden des Kayfertbums keine Irrung oder Eintrag eban sollen noob wollen. -- Verba weiter oder anders in Capitulat. Josephi I. Art. 47. omilla sunt, licet hæc formula a. 1667. constitutioni novissima de Rege Rom. his verbis adjecta sit: Falls auch erß gedachter maßen ein Römischer König bey Lebzeiten des Regierenden Kayfers eligiert würde; sollen die Churfürsten alsdann der Capitulation congruo loco weiter folgende Formalia einrücken: Es soll und will der Römi. König sich keiner Regierung, weiter oder anders unterzieben, denn so viel ihm das von Kayserl. Maj. vergönnt und zugelassen wird. vid. **HENNIGES** Medit. ad J. P. Sp. 7. p. 979. Ad hanc normam quoque adornatus est §. 3. Art. XXX. Capitul. nov.*

Duplicem vero rationem auguror suashie, ut Capitulationi Maxim. II. hic articulus insereretur; 1) quod ipsi Proceres timerent, ne Rex Rom. quandoque potestate sua contra ipsos abuteretur: litigiosam quoque Ferdinandi I. electionem & dubia, quæ a Saxone alisque ei fuerunt mota, huic dispositioni ansam dedidit autumo. 2) Quod ipsi Imperatores sibi suaque potestati prospicere vellent. Sic jam videmus Henricum V., cum Rex elige-

præscriptæ fuere, repetitum, quæ promittere coacti, tene nisi permittente ac consentiente Imperatore negotiis imperii non ingesturos. Ex quo tamen ipso nunc id conficimus, quod nemo temere negare potest,* Regem

eligeretur, jurejurando fuisse obstrictum, se, patre supereritate vim regni, publicas aut privatas opes, nisi ejus consensu non attentaturum, vid. AUCTOR vita Henrici apud URSIS. T. I. p. 386. Tandem omnibus in unam sententiam coenitibus & concordi favore approbantibus, Imperator minorum filium, inviatoe prius ex decreto curie dijudicato, heredem regni sui constituit: a quo ne & ipse abiit in viam fratris sui, iurisdictionem accepit, videlicet, ne unquam se vel dergo, vel de prædiis patris eo vivente (nisi forsan ex consensu ipsius) introniteret; & epistola ipsius Henrici IV. ad HUGONEM ABBATEM CLUNIA CENSEM prima, quam exhibet D'ACHERY in Spicil. T. 3. p. 441. ibi: Eundem filium nostrum exaltavimus usque ad Regis solium, quia in ipsa electione sua nobis juravit Moguntia vitam & salutem persone nostra: & quod e regno & omni bozore nostro & de omnibus que habebamus, vel habuimus eramus, nullo modo se intromitteret, contra voluntatem & præceptum nostrum. Eadem de re sollicitus fuit Fridesicus III., cum filius ipsius Maximilianus Rex confitueretur, vid. Decretum Electionis &c. per Eletores emanatum, ibi: So soll auch

Euer Kayserl. Würde und Gewaltfan durch diese unsre Wahl nicht verletzt seyn: apud MÜLLER Reichstag-Theatrum unter Max I. P. I. p. 12. & apud EUNDREM R. T. Tb. unter Fridr. III. Vorst. III. C. 2. p. 558. in dem Projecl einer Churfürstlichen Vereinigung wider Kayser Friederich, ibi: Würde auch Unser Herre der Keyser sinen Willen dorza geben, daß Wir eynen Romischen Kunig welen, so soll der selbe Kunig, der aljo von Uns, addir dem meyten teil under Uns gewelt wyrdet, die Keiferliche Cronen bey unsres Herrn des Keifers Lebtagen nicht empfaben, on willen Unser Herrn des Keifers.

Aliud eius rei vestigium inventio in Decreto Elector. Colleg. de a. 1531. d. 5. Jan. in favorem electionis FERDIN. I. in Rom. Regem. apud GOLDAST. P. 2. der Reichs-Satz. p. 232. §. 19. ibi: Er soll auch Euer Keyserl. Maj. Würden, Hochheit und Gewalt durch diese unsre Wahl ihm nichs (in nichts forsan) geringert oder verletzt seyn.

* Sunt tamen, qui putant, consensum Imperii vel Vicariorum requiri, sed sine fundamento; SCHWEDER. Introd. in Jus Publ. Sec. I. C. 33. §. 6. BOECLER Not. Imp. L. 4; C. 3. n. 2. VITRIARIUS L.

gem Rom. quandocunque id libuerit Cæsari in imperio vel præsentι vel absenti sive sit impeditus , sive negotiis præsit , qualiacunque jura * per totum imperium exercere posse , non tantum ita , ut Imperatoris potestas interim quiescat , sed etiam , ut vel simul cum eo partem regiminis fuscipiat , ** vel negotium quoddam in specie ipsi ,

3. C. 6. §. 2. ARUMÆUS ad A. B.
Disc. 3. § . 31.

* Non tantum speciale quod-dam negotium ei committere , sed omnem plane administrationem relinquere potest Imperator . vid. Conſtit. CAROLI V. de abdicatione imperii & ſuſtitutione Ferdinandi Regis de a. 1556. cum in Hispaniam proficisceretur ; ap. GOLDAST T. I. C. I. p. 576. ibi : Ei (Ferdinando) in noſtra abſentia liberam , plenam nullisque limi-tibus atque conditionibus circumscriptam administrationem ac gubernationem Sacri Imperii in generalibus ac ſpecialibus cauſis ac omnibus , que Romanorum Imperatori atque Regi , ratione officii , con-ditionis , dignitatis & amplitudini-nis , de jure , conuentione & aqui-tate competunt , tradidimus & comiſſimus . Jofephō I. Regi Leopoldus paucis ante mortem diebus omnem administrationem derulit , ita tamen , ut omnia ipsius adhuc nomine peragerentur . v. EUCHAR. GOTTL. RINCK Lebe- und Thaten Josephs des Sieghaf-zen . Colonia , potius Lipsia 1712. Tom. I. p. 518.

** Sic in diplomate , quo Con- radus II. una cum filio Henrico III. Rege Ecclesiae Frising. quædam bo-nis concedit apud MEICHELBECK in Hifl. Fris. T. I. p. 227. haec verba in fine p. 228. leguntur : Et ut haec imperialis noſtra tradicio-nis integritas ſtabilis & inconviuſa per futura annorum curricula per-ſeveret , hoc auſtoritatis noſtra pre-ceptum inde conſcriptum ſigilli no-ſtri impreſſione inſiguiū juſſimus , & ambo Nos Ego idemque filius meus dilectus Rex videlicet Henr-i-cus , Ego ipſe , humiliter interve-niente , Ille me conſentiente atque jubente , uterque in ſuo nominis ſi-gno manu propria ſubtus corrobo-ravimus . & in alijs ejusdem teno-ris Instrumento I. e. p. 229. & ut haec noſtra imperialis traditio ſtabi-lis & inconviuſa omni permaneat aeo , & ut nullus noſtrorum vel alia perſona haec noſtra doza audat violare aut infringere , hanc prece-piti noſtri paginam inde conſcrip-tam , ipſe idemque dilectus filius noſter Rex Henricus , ego ſua peti-tione , ille noſtra licentia & collan-datione , uterque in ſuo monogrammate manu propria ſubtus robo-rantes ſigilli noſtri impreſſione juſſi-mus

ipſi cotimissum expediat*, modo iis, quæ in Capitulatione constituuntur, agat convenienter, id quod plurimis ex historia desumptis exemplis probarem, si quem ea de re dubitare vel conjecturando assequi possem.

§. V.

Sponte vero nunc oritur quæſio, an non etiam quandoque Rex Romanorum non concedente Imperatore eoque invito, ipſo jure administrationem in ſe lufci-pere poſſit? Arbitror ego cum MÜLLERO** & PEEF-FINGERO*** aliisque affirmative decidendum eſſe ob paſsum Capitul. A. VI. §. 3. (de quo infra) qui in noviff. eod. art. §. 11. eſt his verbis: *Und nachdem von Chur-ſtürzen*

ſonuſ inſigniri. Pax illa Conſtantinensis Italij data, quæ ſubjuncta eſt Libr. Fend. Longob. ita incipit: *In nomine ſancti & individuæ Trinitatis: Fridericus divina fave[n]te clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & filius eius Henricus Sextus Romanorum Rex Auguſtus - Porro - Nos Romanorum Imperator Fridericus & filius noſter Rom. Rex conce-dimus vobis. Civitatibus, locis & perfonis ſocietatis regalia &c. cf. LUNIG. Cod. Ital. Dipl. T. Ep. 29.* ubi aliud ejusmodi diploma. In diplomate Friderici II. de a. 1232. quo principatum monasterii Lau-riſhamensis Moguntiæ Eccleſia donat apud FREHER. T. I. p. 165. hec verba occurunt: *Aſſiſte[n]te nobis & appropinquante filio noſtro Henrico illiſtri Rege Roman,*

Jenver Auguſto. Omnia tamen ſe agere dicit Imperiali autoritate & neque signatio neque ſigillum Regis conſpicitur. Maximiliani I. Regis non leves fuerunt opera patri & Imperio præſtitæ. v. MÜLLER R. T. Tb. ſub Frid. III. Vorſtell. 6. & ſub Max. I. ab initio Carolus V. in Rec. L. Worm. de a. 1545. §. 3. *Se haben Wir auch adiutorie Ferdinandino ſe uifum eſſe dicit, cuius tamen in ſubſcriptione ne §. 17. nulla fit mentio.*

* Vid. Transact. Linz. de an. 1552. proem.

** R. T. Tb. ſub Max. I. P. I. C. I. §. 9. & 10. & Cap. X. §. 4.

*** L. III. Tit. 6. Tom. III. p. 587. Ed. nov. de a. 1754.

B 3

fürsten und Fürsten zu Regensburg nach Anleitung Articuli octavi Instrumenti Pacis, von der Wahl eines Römischen Königs bey Lebzeiten eines erwählten Römischen Kaisers gehandelt und verglichen worden, daß die Churfürsten nicht leichtlich zur Wahl eines Römischen Königs, vivente Imperatore, schreiten, es wäre dann, daß entweder der erwählte und regierende ROEMISCHE KAYSER SICH AUS DEM ROEMISCHEN REICH BEGEBEN, UND BESTAENDIG ODER ALLZULANG AUFHALTEN WOLTE, ODER DERSELBE WEGEN SEINES HOHEN ALTERS ODER BEHARRLICHEN UNPAESZLICHKEIT DER REGIERUNG NICHT MEHR VORSTEHEN KOENNT, ODER SONSTEN EINE ANDERWAERTIGE HOHE NOTHDURFT, daran des Heiligen Römischen Reichs Conservation und Wohlfahrt gelegen, erforderte, einen Römischen König noch bey Lebzeiten des regierenden Kaisers zu erwählen, und dann daß in solchem ein und andern angelegten, wie auch erfigedachten Nothfall, die Wahl eines Römischen Königs durch die Churfürsten, mit oder ohne des regierenden Römischen Kaisers Consens, wenn derselbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Ursach verweigert werden sollte vorgenommen, und darmit der guldenen Bulle, auch ihrem von dem Heiligen Römischen Reich tragenden Amt und Pflichten nach, von Ihnen allerdings frey und ohngehindert verfahren werden sollte: So wollen und sollen wir diesen deren Churfürsten und Fürsten untereinander verabfaßten Schluß, wie hiermit beschiebet, für genehm, und Uns deme gemäß und conform halten. Ex quo eam suisse paciscentem mentem videmus, ut semper adsit qui imperii curam gerat atque adeo necessitate exigente Rex Romanorum designetur, qui deficiente quoconque denum modo id fiat Imperatore vices ejus sustineat. Cum ergo in ejusmodi casibus jus suum vi electionis accipiat,

cipiat, cum ideo eligatur, ut impedito vel absente Cæ-
fare ipse gubernacula moderetur, summa ratione con-
tendi arbitror, eum in casu vel absentiae vel impotentiae
Cæsaris suo jure administrationem isto licet vel inscio
vel invito sibi vindicare.

Accedit, quod hæc mea sententia ipsius Ferdinandi I.
testimonia egregie comprobetur, v. R. I. Auguft. de a.
1555. S. 65. So sich dann abermals &c. ibi: *Wir auch an-
statt der Kayserl. Majestät und für Uns selbst als Römi-
scher König bieamt befehlen, setzen, ordnen und wollen,
daß sein Liebden (Elector Mogunt.) als Ertz-Cantzler des
Reichs im Namen und von wegen Kayserl. Maj. und IWO
DIE AUSSERHALB DES REICHS WAERE UNSERT-
WEGEN &c. & R. I. Spür. de a. 1557. S. 5. ferner nach
dem Ord. Cam. de a. 1555. P. I. T. I. S. 3. wollen die
Röm. Kayserl. Maj. unser lieber Bruder und Herr, als
Röm. Kayser, oder im Fall daß Ihre Liebden und KAY-
SERL. MAJ. NICHT IM REICH ODER IN DER
NAEHE WAEREN, WIR ALS ROEMISCHER
KOENIG jederzeit den Cammer-Richter --- ernennen.
Idem occurrit T. 4. S. 1. & P. 2. T. 18. S. 2. **

S. VI.

Non quidem me fugit, alios esse complures LIMNÆUM, **
TITIUM, *** SPENERUM, **** &c. qui hoc admitt-
tere

* Confirmantur hæc testimo-
nio Caroli V. qui in Edicto de sua
administrationis Imp. Rom. cesso-
ne &c. apud GOLDAST. C. Imp.
T. I. p. 576, ita dicit: *Unde cum
proper talem ABSENTIAM S. Im-
perii ad Serenissimum & potentif-
fissimum Præcipitem Ferdinandum -
ut legitime electum Rom. Regem &*

*post Nos in ea absque illa contradic-
tione proximum successorem perti-
nent, etique sapientius multis retroactis
annis in nostra absentia nomineno-
stro magna fide praesuerit.*

** ad Capitul. Ferdin. I. p. 474.
*** Specim. Jur. Publ. L. V.
C. 8.

**** Cap. cit. passim.

tere nolunt, omnemque Regi Rom. potestatem, nisi
eam Imperator concederit, ob Art. XXX. §. 3. Capitul.
nov. prorsus denegant. Et LIMNAEUS quidem I. c. ita se
extricare studet, ut dicat, Regem, si Cæsar neglecta Im-
perii cura nihil mandet, petere ab eo debere, ut
administrationem sibi permittat: *huc enim verbum zulaf-
sen* §. 3. cit. non incommode trahi. Id si facere vel ne-
get vel supersedeat Cæsar, atque detrimenti aliquid ex
hac mora reipublicæ metuendum sit, Electores tunc im-
perii negotia consiliis atque prudentiæ Regis committe-
re posse. Sed salva res est, & §. 3. Art. XXX. cum §.
II. Art. III. optime conspirat. Ille enim passus ita ex-
plicandus est, ut Rex quamdiu Imperator curam imperii
ipse gerit nihil contra ejus voluntatem suscipere debeat;
nec inepta sunt MOGENII verba, "Si Rex absente vel
„impedito non tamen mandante vel committente Impe-
„ratore gubernacula imperii suscipit, præsumendum sa-
ne, hoc esse Imperatoris voluntatem." Quod vero
LIMNAEUM attinet, licet doctrinam ejus rejiciam, arbi-
tror tamen cum Art. III. §. II. ejus temporibus non
dum extiterit, illum ab omni fere culpa liberari posse.
Quin si in Capitulatione dispositio illa occurrisset, eum
meam quoque sententiam amplexurum fuisse sane videa-
tur, cum ad Capitulationem Maximiliani II. p. 488. scri-
bat: "Cum Ferdinandus I. ad hoc (scil. ut per absentiam
Caroli V. velut alterum sit imperii capit) "electus, in
"Caroli potestate fuit, ubi praefens & impeditus, imperii
"negotia per alium suo nomine expedire, nec nisi volens
"ea hoc casu Regi Rom. committere, absens autem ea
"Regi Roman. committere obligatus fuit, ut qui hunc
"in finem ei additus.

§. VII.

Illam nunc quæstionem, qua ex præcedenti neces-
sario fluit, excutiendam esse video, de qua non una est
Docto-

Doctorum opinio, an nimis Rex in tradendo Germaniae regimine a Cæsare præteriri possit? Affirmativam tueruntur multi, * inter quos SPENERUS ** ad hypotheseos quam adoptavit naturam accommodate rationes suas subducendo in regula eodem modo decidit, ex eo nempe fundamento quod Rex Rom. primario in successorem faltem eligatur; & quanquam addit, si ideo fuerit constitutus, ut secundas habeat partes, & Imperator sine declaratione voluntatis suæ peregre abeat, administrationem Regi deberi, hoc tamen fere destruit, subjugens, Imperatori semper adhuc esse liberum, alio disponere modo eaque in re idem quod in vicariis obtinere. Ex hoc ordine ratiociniorum a SPENERO allatorum facile liquet, illum ad diminuendam Regis Rom. potestatem etiam hoc urgere, quod Imperator vicarios quoque in casu substrato jure suo privare ac præterire queat. Verum si nunc alii contrariam SPENERO quoad Vicarios, sententiam defendere in animum sibi inducerent (quibus ego lubenter omnino adstipularer) illi fane deinde sententiam quod ad Regem Rom. attinet, eandem cum SPENERO tuituri sunt, miro argumentorum e diametro oppositorum conflictu. Qui enim Imperatorem Vicarios Imperii nunquam plane præterire posse contendunt, arguento ducto ex Capitulationis nov. Art. III. §. 15. illi forsitan facile sibi poterunt habere persuasum, id eo usque esse extendendum, ut nec Regis Rom. potentia eorum prærogatiis aliquid inferri possit præjudicium. ***

§. VIII.

* SPENER. L c. §. 7. LIMNEUS
¶ P. L. II. Cap. 15. Nro. 34.
CARPOV. de Lege Regia Cap. IX.
S. 5. Nro. 22. HERTIUS Paræm. Jur.
Germ. L. II. Paræm. I. §. 9. aliisque.
** L. c. not. d).

*** Passus iste Capitulationi
Caroli VII. primum fuit insertus,
in quo haec verba: Gleicher gefahle
wollen Wir die Vicarien des Reichs
bey ihren uralten in der gaulenen
Bulle und dem unverrückten Her-
kommen

§. VIII.

Quod vero SPENERI dubia attinet probaturus sum infra quod jam §. 1. indicavi, Regem hodie ex mente legum semper in auxilium Imperatoris quoque eligi. Falsum deinde esse. Imperatorem Vicarios pro lubitu, quod SPENERUS contendit, praeteriri posse ex allegato Capitulationis passu facile patet. Ad argumentum vero ex hoc ipso passu, §. praec. defundum, in promptu est responsio.* Cum enim Vicarii Imp. ipsi ad electionem Regis Rom. & confectionem Capitulationis concurrent, tacite suo juri renunciasse censendi sunt. Accedit, quod nullum repererim exemplum, Vicarios Regi Rom. imperii negotia suscipienti se opposuisse; quin quod cum sana ratione difficulter hoc conciliari posset, si principem summa post Imperatorem in Germania dignitate conspicuum Vicarius Imperii postponeremus.

§. IX.

kommen gegründeten Rechten der
Verwaltung des Reichs sowohl nach
Absterben eines Römischen Kaisers
oder Königs, als AUCH BEY
DESEN LANGWUHRIGEN
ABWESENHEIT AUSSER
REICH, ODER WENN DER-
SELBE DAS REGIMENT
SELBST ZUFUHREN DURCH
ANDRE UMSTÄNDE GE-
HINDERT WERDEN SOLTE
unbeeinträchtigt lassen.

* Non opus est, ut cum Mo-
genio effugium queram conten-
tendo, hunc pallium vim legis

nondum obtinuisse, quia insciis
reliquis Statibus eundem Capitu-
lationi inservere Electores: (imo
protestati sunt Principes contra
eundem, vid. Gravamina Princi-
pium contra Capitul. Caroli VII.
apud Moser ad Capitul. Fran-
cisci I. P. I. p. 105.) licet enim
concedam, principes in certis ca-
ribus ad Capitulationis confectio-
nem jure admittendos esse, eorum
tamen protestationem hac in cau-
sa, cum eorum nihil plane inter-
fit, sine jure interpolatam fuisse
statuere licet.

§. IX.

Ego itaque casus accurate distinguendo item hanc facile dirimi posse censeo. AUT enim Imperator in imperii finibus versatur & vel gravi & diurna valetudine impeditur seniove confessus imperio praefesse nequit, vel saltem ob quamcumque aliam caussam ad breve tempus administratione se subducit. Ibi arbitror Regem præteriri non posse, sed ipso jure regiminis curam in eum devolvi. Hic vero Imperatorem Regi Rom. aut Vicarius Imp. ex legis necessitate negotia committere non obstringi, sed cuicunque velit partes suas demandare posse existimo. AUT Imperator peregre proficiscitur: ubi rursus eadem decisio. Vel enim per omne vitæ, aut per longum saltem tempus abest, vel mox est redditurus: ibi Rex suo jure imperium suscipit, hic vero omnia Cæsaris arbitrio relîcta sunt. Atque eadem fane dicere, si hac in caussa de Vicariis sermo institueretur. Hoc enim modo medium teneri viam arbitror, ut nec Imperatoris, nec Regis, nec Vicariorum juribus aliquid afferatur detrimenti.*

§. X.

* Hanc sententiam quoque tuentes, licet justo generalius mentem suam explicantes diversos casus non accurate satis ab invicem discernant MÜLLER R. T. Tb. unter Max. I. P. I. C. I. §. 9. & 10. & P. I. C. 10. §. 5. p. 89. Jqq. KEMMERICH L. III. C. 8. Infr. in J. P. §. 36. HORN J. P. C. 21. §. 2. LYNNCKER de R. R. not. f. p. 19, ad BOECLER L. IV. Not. Imp. C. 2. p. 96. Auctor Medit. ad Capit. Josephi I.

A. 47. not. 8. MOGEN. l.c. PÜRTTERUS Elem. J. publ. Germ. §. 787. & 788. KREGERL de Vicariate Saxon. qui strenuus licet jurium vicariorum vindicta meam tamen sententiam fovet §. 20. subiciens: "eam ob caussam Joannes Constans, Elect. Saxonæ, elec. Chioni Ferdinandi I. fortiter se oppofuit, quod Vicariatu per eam præjudicium fieri intellige. ret."

§. X.

Sententiae meæ fundamentum, in lege partim, partim in observantia quæro. Hæc enim decisio aperte continetur in Capitul. §. 11. Art. III. qui hoc modo cum §. 3. Art. XXX. optime conspirat. Sic in omni historia legitimus, absente vel impedito Cæfare, Regi si quis extitit tributam fuisse administrationem, nec ullum facile reputatur exemplum, eum in casibus indicatis unquam fuisse præteritum, nisi per ætatem rebus gerendis fuerit impar. *

§. XI.

Ad alteram nunc pérgo, quam §. 3. proposui, quæstionem, quamnam nimurum potestatem vindicare sibi possit Rex Romanorum? Proponam primo momenta historicæ, deducturus exinde, quid, si de jure queritur, sit statuendum? Antiquissimis quidem temporibus sub Carolingis & Saxonibus præcipue Cæsarum filii in Coimperatores fere fuerunt electi, cuius rei supra varia adduxi testimonia; pauca tamen tam sub iis, quam Franconibus & Suevis, si Henricum VII. excipias, invenimus exempla, ** Reges Röm. actu exercuisse potestatein: quod exinde factum esse arbitror, quod tenera utplurimum ætate ad hanc dignitatem fuerunt electi; sic Otto sex annorum puer in Regem fuit creatus a. 961., vix 18. annos natus,

* De recentioribus temporibus loquor, num forsan antiquioribus semel vel iterum id contigit, sollicitè inquirere nec vacat, nec juvat. Nullum certe notavi, nec unquam accidisse videtur.

** Apud UGHELLIUM Italia sa-

cræ Tom. V. p. 45. invenio diploma Otoris II. Regis, quo Rodoladum Patriarcham Aquil. anno 967. exornavit ditavique. Maturæ enim eum pater artes regnandi docturus, publicis negotiis admovit.

natus, cum patri succederet a. 973; sic Henricus III. octennis, a patre in Italiā prefecturo Rex designatus est, annorum 22. juvenis, cum pater a. 1039. diem suum obiret. Henricus IV. quadrimus cum eligeretur, patrem in imperio sexennis exceptit. Quædam tamen documenta & testimonia inquirenti mihi reperire contigit, in quibus vestigia exercitæ alicujus regiae potestatis occurserunt. De Henrico III. * pauciora diplomata id loquuntur. Henrici, ** qui Conradum III. patrem agnovit, res gestas

* Henricus III. Rex Stephani Hungariae R. a. 1031. inscrip̄ patre in gratiam recepit. WIPPO in Vita Conradi II. p. 476. apud PISTOR. T. III. *Filius suus (Conradi) Heinricus adhuc puerulus Eigelberto Frising. Episc. creditus legatione Stephani Regis pacem rogantis accepta, unice consilio prius cipum regni, patre nesciente, gratiam reconciliationis annuit, iusto & sapienter agens.*

Duo diplomata ab eo signata vid. supra §. 4. not. ** pag. 12.

** Conradus III. expeditionem in Terram Sanctam suscep̄turus, ne regnum sine capite relinquaret, filium Henricum, egregium adolescentem a. 1147. per electionem Principum, quod ait OTTO FRIS. de G. Frid. I. L. I. C. 41. Regem constituit, participemque regni legit. Hic ergo in patris absentia proceribus in consilium adhibitis imperium satis habuit tranquillum. De ipsis vero illius temporis actis præter ecclesiastica negotia, quod dolemus, vix quidquam ad nos

pervenit. Ut brevibus tamen gesta eiusdem tangam, inventi. 1) Legatos eum misisse ad Concilium Remense, a. 1148. qui varia cum Eugenio III. Pont. negotia peragerent. O T T O F R I S. L. I. C. 55. 2) Curiam eum Francofurti festo Nativ. B. Mariae eodem anno habuisse, in qua actum præcipue de causa Fuldensi & profectione Moguntini Praefulii Romam ad Pontificem v. Epist. HENRICI ad WIBALDUM Abbatem Corbeicensi & Stabulensi, (virum, uti in epitaphio ejus legitur, inter mortales omnium Abbatum felicissimum, summo Pontifici, Imperatori & Principibus carissimum, cuius præcipuis in administrando regno consiliis usus est Henricus) inter Wibaldinas Num. 89. & 93. loc. mox cit. 3) Guelfum Ducem, Henrici Superbi fratrem absente Conrado novas res mollientem in opinato bello fortiter repressit, atque ad Flochbergam, Sueviae vicum, summa sui gloria in fugam conjecit. CONRADUS URSP. p. 234. & Epist. CONRADI & HENRICI

gestas ex testimonii scriptorum, aliisque documentis discimus. Henricus VI. * quinquennis in Regem coronatus, cum

ad Imperatorem Græcorum inter Wibaldinas Num. 188. & 189 Patri vero in Germaniam reduci egregium filium mors eripuit anno 1150. Magnam lucem ipsius historiæ accedit *Collectio Epistolarum Wihaldin.* apud MARTINIUM & DURANDUM in *Collect. Vett. Script. & Monument. T. II.* ex quibus Not. n. 54. 55. 56. 64. 65. 73. 87. 88. 89. 93. 99. 188. 189. 190. & peculiarem de hoc principe commentationem nobis promittit Cel. HÆBERLIN in *Epiſt. de a. 1159. ad WEGELINUM,* que extat in *Theſ. Rer. Suevic. Wegeſlin.* p. 524. & verba ipſa p. 526. quæ num in lucem prodiſerit, mihi non conſtat.

* De Henrico VI. Regeſequentia reperi: Cum Fridericus I. anno 1186. ex Italia rediret, filium Henricum VI. Regem in eadem reliquit, qui, uti ait GODEFRIDUS MONACHUS ad a. 1187. ante hymnum rebus in Italia compotis cisanpinavit. - Idem ad a. 1189. de Friderico I. expeditionem sacram fufcipientे ita ſcribit: *Imperator circa ſeptim. S. Georgii curiani celebriam Ratisponæ habuit, occurrentibus illuc comitibus omnibus ſignatis, qui cum eo per terras ire diſpoſuerunt, ibique ad peregrinandum Deo lambos ſuos ſuccin-*

xit: relicta rerum ſumma filio ſuo Henrico Regi, & eodem loco: Eodem tempore Henricus Rex expeditiōnem Italicam jurare fecit nobiles maxime eos, qui miniferiales Imperii effent a feſto S. Matthei poſt annum explendam quatenus in Auguſtum conſecrari debuſſet Roma. Idem ad a. 1190. Iz Pentecoste Rex curiam apud Norbergam habuit, ubi Archi-Epiſcopo Colonienſi teloniam quedam & monetas conceſſit. CHRONICON STEDENBURGENSE apud LEIRNITIUM Tom. I. p. 82. Itaque Imperator aberat & filius ſuus regia uisus est audioritate. Narratur deinde expeditio, quam Henricus contra Henricum Leonem fufcepit. CHRON. MONTIS SERENI apud MENKEN. T. II. ada. 1183. p. 200. HENRICUS Rex filius Imperatoris pro ſoſienda diſcordia, que erat inter CONRADUM Moguntinum Archiepifcopum, & LUDEWICUM, Landgravium Thuringiae, trabebatur, Erfordiam veuit, ubi cum prefatis Principibus & aliis viris nobilibus, ipſum ne-gotium di. B. Jacobi traſtabat. Argentofodinas eum, & foreſta conceſſiffe, ab onere telonii plus ſimpliци vice liberaſſe, privilegia confirmasse POTESTATE REGIA, evincunt dip omata apud PEFFINGER. I. c. L. III. Tom. 6. p. 577.

cum proiectioris esset ætatis, varia imperii negotia gessit.
Henricus tandem VII. * patre Friderico II. in Italia ab-
fente rebus Germaniae magna auctoritate præfuit.

§. XII.

* Henricus VII. REX AUCTORITATE REGIA 1) privilegia confirmavit. 2) Monasteria in protectionem imperii recepit. 3) Immunitatem ab oneribus publicis & teloniis concessit. 4) Curias saepius celebravit. 5) Controversias publ. definitivit. 6) Jus Argentofinorum, & custodiam sylvarum impertivit. 7) Privilegium monetandi dedit. 8) Jus condendi civitates est largitus. 9) Decreta Regio nomine edidit. 10) Banno notavit, ab eoque absoluit. 11) Foedera init. 12) De feudis majoribus æque ac minoribus investivit.

Notatae digna sunt verba, quæ in confirmatione privilegiorum Austriae coram de a. 1228. occurunt apud LUNIG Reichs-Archiv P. Spec. Cont. I. Erste Abtheil. Absatz 4. p. 5. Cum divina gratia, REGIA PERFECTISSIMA FRUAMUR POTESTATE. Lectu quoque dignissima est Epistola Henrici apologetica ad Corradum Ep. Hildesb. apud SCHANNAT Vindem. Literar. Collect. I. inter Diplom. Num. 39. p. 199.

Longam hujus tenoris diplomatum seriem habet PFEFFINGER l. c. & KLUMPF in Diff. de Privilegiis Henrici VII. Regis Rom. Francofurtanis ad Rhenum civibus de fibiis libere elocandis datis Altior.

fii 1730. quam tamen inspicere mihi nondum contigit. Varia præterea ejusdem diplomata occurunt apud Jo. JAC. SCHREUCHZER. Specim. Alphabetorum ex Diplomat. Et Codicis Thuricensibus Tab. IX. in JURE PUBLICO, quod in S. R. Imperii interregni magni temporibus obtinuit. Præf. de J. WILH. HOFFMANN. respondentie OTTOONE CHRISTOPH. DE PODEWILS Frec. ad Viadr. 1736. recusum 1740. sub juncto Theb. Rer. Suev. WEGELINIANO Vol. II. Num. 40. p. 624. Et 625. In Origin. tandem Guelph. SCHRIDIANIS Tom. III. p. 680. & GUDEN. Cod. Mogunt. T. II. p. 55. 936. 938. 939. Eadem Henrico KOEHLERUS in dem 16ten Theil der Münz-Befüllungen p. 361. Bracteatum argenteum tribuit, in quo duæ conspicue sunt personæ duabus redimite coronis, in manibus sceptra gestantes & Pomum Imperiale simul tenentes, cum nomine HEINRICU-S. Rex. Ex professo de Electione Et Regia potestate Henrici VII. egit JOH. DANIEL RITTER Witteb. 1752. 4to. Opera SCHWARZI Altorf. BENZII, Aſſessoris Judic. Provinc. & RABENII Diaconi Onoldiensi. notante KOEHLERO l. c. numerus diplomatum hujus Henrici usque ad 120. crevit.

§. XII.

Temporibus vero interregnum subsequentibus, cum, quod supra diximus, electiones Regum vivente Imperatore paullo difficiliores factæ essent, eos quoque Reges, qui electi fuerunt, non facile videmus, quandam exercuisse potestatem * præter Maximilianum I. ** & Caroli V. fratrem Ferdinandum, qui cum a. 1531. Coloniae Rex designatus gravissimas super ea re a multis principibus ipsi motas lites sustinuit, Cæsare sæpius absente aut impedito, habenas imperii multoties capessivit, atque in pluribus comitiis regia sua potestate strenue usus est. Singula recensere, nec lubet, nec ut recenseam opus est. Sufficiat dixisse comitia eum habuisse Wormatiensia a. 1535. Spirensia a. 1542. bina Norimbergensia eodem

&

Conradus IV. quoque Rex privilegia confirmavit, cives in protectionem recepit, subfeudi collationem permisit. Diplomata a-pud PEFFINGER. l. c.

* Nonnulla quidem extant ab istis signata instrumenta, quæ tam si accuratius inspicias, patet tibi, ex iis non posse evinci, regia potestate illos fuisse munitos. Sic quando de Wenceslao legitur, quod Francofurtanis jus nundinarum solemnium, feuda bona que oppignorata confirmaverit, quod Ruperto Seniori C. P. R. in Episcopatibus Spirensibus & Wormat. jus primariarum precum concederit, vel de Maximiliano I. quod als Römischer König, aus Königlicher Macht und Vollkom-

menheit Ecclesiæ Moguntinæ & Colon. privilegia confirmaverit, ad exercitium aliorum jurium maiestaticorum non statim concludi inde potest, cum in vulgo notum sit, quam solliciti semper etiam præter necessitatem sæpius fuerint Germanici Imperii membra, Civitates præcipue atque Ecclesiæ, ut jura ac privilegia sibi confirmarentur; adeo ut hic quoque ad primum electi Regis nuncium a-currentes confirmationem jurium sibi expetiverint.

** Neque tamen de hoc dici potest, quod ea, qua Ferdinandus polluerit auctoritate, sed quod supra jam ad §. 4. monui, operas faltem & patri & imperio præstiterit.

& sequenti anno Augustana a. 1555. Ratisbonensia & Spirenſia a. 1557. Transactionem Pallaviensem sua mediatione perfecisse, Ordinationem Cameral. adornasse. Evolas ergo, si vacat, horum Comitiorum recessus & omnem ibi invenies jurium majestaticorum, quæ Ferdinandus exercuit, complexum. Extant præterea varia ejusdem diplomata, quæ potestatis regiæ qua polluit testimonia nobis præbere possunt, in compendio exhibita a PFEFFINGERO l. c. L. 3. T. 6.

S. XIII.

Ingravescente ætate cum Ferdinandus I. de successore esset sollicitus, impense id egit apud Electores, ut filium suum Regem renuntiarent. Convocatis igitur per Moguntinum Comitiis Electoralibus d. 15. Jul. 1562. Francofurti habendis & convenientibus ad d. 20. Oct. Electoribus (ad hoc enim tempus terminus prorogatus fuit) & institutis super hacce cauſſa præſente patre Ferdinandο deliberationibus die 24. Novembris, unanimibus Electorum suffragiis ad regale fastigium electus est præstantissimus princeps Maximilianus II., cuius Capitulationi (id quod nunc in primis notandum) adjecti sunt Art. XXXII. de non ambienda antequam imperium vacet corona Imperiali, & qui ad nostram cauſam apprime facit Art. XXXIII. quo cautum, ne Rex imperii rebus, nisi consentiente Imperatore se immisceat (§. 4.) quæ dispositio in omnibus sequentibus Capitulationibus fuit repetita. Et ab hoc tempore rarissima sunt potestatis regiæ in usum deductæ vestigia, cum Imperatores fere semper intra imperii fines degerint, & Regum Romanorum elec̄tio non adeo frequenter fuerit instituta, & illi, qui electi fuerunt, per breve saltem temporis spatium, Jofephō I. excepto, in hac dignitate substiterint.

D

S. XIV.

Resticta hoc modo & per expressam legem definita potestate Regis, cum jam nihil nisi Cæsare mandante illi relictum esse exinde inferre facile quis potuisse, nova subito in legibus appareret dispositio, quæ priorem illam extendit atque illustrat, omnemque, quæ superioribus temporibus penes Regem Rom. fuit potentiam, eidem iterum vindicat, atque extra omnem dubitationem ponit. Cum nimirum in tractationibus Pacis Westphalicæ & quæ eam secuta sunt comitiis, maximis animorum motibus de negotio electionis Regis Rom. Principes inter atque Electores disceptaretur, & hæc controversia occasione Capitulationis perpetuae adornandæ in hodiernis comitiis re-crudesceret, maximaque inter difficultates contentioneque agitaretur, post insignem temporis decursum tandem a. 1667. de certa lege in futurum Recessum Imperii inferranda transactum fuit, his verbis: *Demnach auch Churfürsten, Fürsten und Stände nach Anleitung A. 8. Instrumenti pacis nicht unterlassen von der Wahl eines Römischen Kaisers zu handeln und zu statuiren: Als haben sich dieselbe communi consensu miteinander dahin verglichen und geschlossen, daß die Churfürsten nicht leichtlich zur Wahl eines Römischen Königs vivente Imperatore zu schreiten, es wäre denn, daß entweder der erwehlte und regierende Römische Kaiser sich aus dem Reiche begeben und beständig oder allzulang auffehalten wollte, oder der selbe wegen hohen Alters oder bebarlichen Unmöglichkeit der Regierung nicht mehr vorstehen könnte, oder sonst eine anderweitige hohe Nothdurft daran des H. R. Reichs conservation und Wohlfahrt gelegen, erforderete, einen Römischen König noch bey lebzeiten des regierenden Kaisers zu erwehlen. Auf solchen ein und andern angeregten, wie auch erſt gedachten Notfall, solle die Wahl eines Römischen Königs durch die Chur-*

Churfürsten ausgeschrieben, mit oder ohne des regierenden Römischen Kaisers Consens, wenn derselbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Ursach verweigert werden sollte, vor- genommen, und damit der güldenen Bull, auch ihrem dem H. R. Reiche tragendem Amt und Pflichten nach von ih- nen allerdings frey und ungehindert verfahren werden. * Quæ constitutio ** iisdem verbis Capitulationi Caroli VI.

A. III.

* Omnia hac de re in Comitiis acta sive narrat testis omni exceptione major HENNIGES l. c. Spec. 7. pag. 966. - 979. qui ipse de liberationibus super cauſis ejusmodi institutis frequenter inter- fuit.

** Ante hanc dispositionem legaliter tamen alia jam extiterunt documenta, ex quibus patet, men- tem Imperatorum atque Electorum de Rego Rom, imperio propicien- tium non solam fuisse, ut succeſ- ſio sit certa. Nam ut illud filen- liuſo præterea, quod medio seculi XV. Electores languescenti Friderico, cum reipublica deſſer vi- deretur, etiam invito Regem, qui imperii negotia ſuſineret, obtru- dere voluerint, idem Imperator, cum sub finem ſeculi Maximilia- num fitum Regem renuntiari cu- peret, inter alias quibus Electori- bus hanc cauſam commendabat rationibus, eam quoque allegat apud MÜLLER R. T. Tb. sub Maxi- miliano I. P. I. p. 4. Wie daß Koſſerl. Maj. nunmebr bey hohen Alter ſich befindet, und dannenberoy bey dieſen ohne das ſchweren Läufig-

ten für nötig erscheint, daß De- roſſelben durch ordentliche Wahl der Herren Churfürsten ein Römisches König und REICHS-GEHULFFE az die Seite geſetzt würde. Eundem finem intendisse Carolum V. (licet alias arcana ei quoque fuſſe rationes non negaverim) ipſe nos docet apud SLEIDANUM de Statu Relig. sub Carolo V. L. VII. in fine, dum in primo congreſſu principum Electorum Coloniae in propositione per Fridericum Co- mit. Pal. facta dicit: "Quia diver- sis ipſe regnis atque populis im- peraret, neque poſſet continen- ter eſſe in Germania . . . ſibi vi- deri prorsus neceſſarium & ex- uſu reipublica, ut ſecundum fe- creetur aliquis Romanorum Rex, velut alterum Imperii caput per ſuam abſentiam." Quin jam ea de re loquitur A. XXXV. Capitul. Matthiae: Sondern Wir . . . die Churfürſten . . . bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs, dieſe ſo oft Sie es einem Kaylor ZU BEHUF oder ſonſten dem Reich nothwendig und nutzlich befinden vorzuziehen . . . laſſen. Quod in ſequent. Capitul. iisdem fere

D 2

verbis

A. III. §. 11. levissima imo nulla mutatione inserta fuit. Et hæc nunc est illa dispositio, quam in pertractione hujus argumenti semper ante oculos habui, ex qua quippe non solum plana videtur fluere consequentia, Regem non ob solam successionem, sed adjumentum quoque, imo in hunc præcipue finem creari, sed & decidi comode possunt quæstiones, quibusnam in casibus Rex iuribus suis fruatur, de qua hactenus dictum, quibusve gaudeat, de qua infra erit agendum.

§. XV.

Evolutis hoc modo quantum satis visum est momentis historicis, facili nunc negotio, si de quæstione juris sermo instituitur, erui poterit, quanta sit Regis potestas? Præsente nimisrum rerumque in imperio potiente Imperatore, si expedienda quædam tradiderit Regi, omnia ex mandati terminis dijudicanda esse, ulteriore probatione indigere non arbitror. Absente vero, impotente vel prorsus impedito Cæsare, omne regimen in toto sui ambitu illum eo ipso confequi ex supra dictis appetet, licet hoc negare non ausim, modum, quem tenere debeat, ab arbitrio Cæsaris dependere, eumque adeo Commissarios * quoque, qui Regi præsto sint, eidem

verbis repetitum. Sic mentem Elektorum satis declarant ea, quæ Moguntinus ad Ferdinandum II. Imp. electo in Regem Ferdinandum III. apud LONDORP Att. publ. T. IV. L. 3. C. 89. p. 611, dicit: *Die Churfürsten hätten sich endlichen entklossen, des Reichs Wohlfahrt seye, Ihr Kayserl. Maj. einer GEHULFFEN zuzuordnen, welcher bey Dero Leben als Römischer*

König Ihr die Burde der Reichs-Administration tragen helfe, und nach Derselben tödlichen Abgang zu dem Kayserthum erhobet werden möchte. Conf. Responsum Cæsaris l. c. p. 612. & Litera Elektorum ad Cæsarem l. c. p. 616. & 617.

** Hujus rei exemplum habemus in historia Caroli V., qui ad Comitia Spirens. & Ratisbonensis de a. 1542. & Augustana de a. 1555. Com-

eidem adjungere posse. Quodsi ille qui nondum contigit casus existat, ut Imperatore invito Rex constituatur (hieri autem id posse extra controversiam positum est) omnia iterum eidem licere ex ipsa legis mente ratiociniorum ope probabili admodum argumento evinci potest. *

§. XVI.

Dictu paullo difficilius est, annon Regis Romanorum jura quædam propria sint, etiam eo tempore competentia, quo Imperator gubernacula imperii solus modera-

Commissarios suos misit, v. Rec. Imper. Comitiorum citat. in proem. & August. §. 4. Tantum vero abfuit, ut Regi in exercitu iurium pofuerint impedimentum, ut potius ei ad sustinendam solum laborum partem a fratre missi fuerint. vid. Litera Caroli ad Commissarios Augſtianos de a. 1555. apud LEHMANN Reichs- Handl. vom Religions- Frieden L. I. Cap. 31. ibi: Derhalben Euer Liebden (Otto Ep. August.) und du, nichts von vorfertwegen autorifiren, sondern Seiner Ldt. (Ferdinando) dieweil wir derfelbem allen vollkommenen Gewalt und Macht endlich abzuhandlen und zu schließen gegeben haben, als einem Römiſchen König, und nach Uns im H. Reiche das oberste Haupt, nicht alleiu was sie in ſolchem erheben und erhalten kan, ſondern auch in allen fürſtenden Sachen absolute dariinend und ſchließen laſſen, und

von unsfertwegen nichts anders davon thun sollen, dann Ihr Ldt. unverhinderigen Beystand leisten, und alle Sachen mögliches Fleiß zum besten befürderer beſſen; & R. I. August. de a. 1555. §. 4. Hinc eft, quod Commissarii ipſi Recessui non ſubſcripferint.

* Affertum hoc egregie illuſtrant ea, quæ Electores, cum de Rege invite Friderico III. creando conſultarent, in dem Projeß einer Cluſtſchaftlichen Vereinigung wider Kayser Friderich apud MÜLLEK R. T. Tb. ſub Frid. III. Vorſt. III. Cap. II. p. 558. dicunt: Ab aber iſſir Herr der Keifer ſinen Willen nicht geben wolde, einen Römiſchen König zu welen, und Wir Kurfürſter, addir der mebir teil undir Uns einen Römiſchen König welen würden, den ſoll alle Königliche Würde und Ere zu erlangen behalten fin.

D 3

moderatur. Atque hic quidem, si evulsis, quæ non raro altas in animis Doctorum radices egerunt, præjudicatis opinionibus, si seposito omni partium studio causam hanc exquirere velimus, fatendum est, ex mente §. 3, A. XXX. Capitul. sepius jam allegati nullum plane jus majesticum jure proprio in casu, de quo mihi sermo, Regi adscribendum esse. Ab hac regula vero duæ nunc constitutæ sunt exceptiones. Altera est, si simul præter dispositionem istius paragraphi vel in capitulatione vel alibi occurrat lex alia, quæ Regi juris cuiusdam exercitium relinquit. Altera est, si indubitate adsit observantia contraria, quæ tamen adeo certa, fibique confans esse debet, ut summa ratione possit præsumi, Electores, si illam vel restringere vel tollere plane voluissent, expressis verbis in capitulatione ei rei prospectuos fuisse.

S. XVII.

Asserta hæcce ut nunc ulterius illustrem, eorumque ope speciales quosdam casus decidam, duas propono controversas admodum quæstiones a Doctoribus in scenam præcipue productas, quid nimurum Rex habeat juris circa conferendos dignitatum nobilium titulos primariaque preces? Sunt nempe, quod ad primam attinet, bene multi juris publici interpretes a PFEFFINGERO laudati,* qui contendunt, prærogativam hanc omni tempore ad Regem spectare, cui vero sententiae nuntium præter alios maxime mittit SPENERUS, ** ubi vim argumentorum ab isto allatorum multis oppositis dubiis, iisque satis speciosis infringere studet. Si, quid mihi in hoc summiorum virorum divertio videatur, proferre ingenuelicit, non possum

* L. III. T. 6. §. 6. n. a.
p. 593.

** I. a. §. 6. not. k.

fum mihi temperare, quin rursus a SPENERI (quem magni alias merito facio) doctrina recedam: quamvis rationes a PFEFFINGERO adductas non omnes asserto ipsius evincendo idoneas existimem. Duplici vero arguento sententiam quam defendo affirmativam suffulcio, legis nimurum mente, observantiaeque testimonio. Capitulationis enim nov. A. XXII. §. 1. ita legimus: * *Bey Collation Fürstlicher und Gräflicher, auch anderer Dignitäten sollen und wollen Wir ZEIT UNSERER KOENIGLICH- UND KUINFTIG KATSERL REGIERUNG dabin seben, damit ins künftig auf allen Fall dieselbe allein denen von Uns ertheilet werden &c.* Quomodo quæso modus exercitio hic posset præscribi, nisi ipsum jus ad Regem pertineret? Ingeniose quidem haud dissimulo, cum SPENERO regeri potest, passum hunc loqui de casu, si concesserit Imperator. Sed notum est tritum illud *Lege non distingente nec interpretis esse distinguere.* Provocari quidem posset ad §. 3. A. XXX. Capitul. Ast hic se exferit casus, in quo prior a regula exceptio §. sup. proposita locum habere debet; præcipue cum dici fere possit, verba illius §. *Keiner Regierung und Administration restringitive quodammodo explicanda, atque si non semper, saltem hoc in casu, ubi tam claram legis mentem perspicimus,*

* Cum hic passus iisdem verbis omisso saltet vocabulo *königlich* jam in Capitulatione Leopoldi Art. XLIV. Caroli VI. Caroli VII. & Francisci I. Art. XXII. occurrat, videri quidem posset, vocem *königlich* etiam in novissima non de Rege Romanorum nostro, sed Cælare nondum coronato accipiendam esse. Sed res difficultate caret. Hic enim pa-

ragraphus primam in Capitulatione Ferdinandi III. Regis Articulo XLVII. & deinde Ferdinandi IV. conspicitur, ut adeo vox *königlich* in Capitulationibus Regis alium ac in Cæfareis sensum admittat. Quin omne dubium tollit Josephinae Articulus XLIII. qui de ipso Rege dignitates conferente loquitur.

mus, non extendenda esse ad illa jura majestatica, quæ, utpote minora atque accidentalia, citra majestatis lesionem abesse possunt. Et fane cum dici queat, illum paragraphe video fuisse confectum, ut nec Imperatori, nec Statibus regia potestas damno sit, quid præjudicii emergat, si Rex Nobilem creet aut Baronem, euidem non video. Præterea non parum ponderis meæ fententiae inde accedit, quod in omnibus Capitulationis nov. Articulis reliquis ejusmodi formula vix amplius occurrat, sed omnia Rex promittat in casum nach angetretener *Unserer Kayserlichen, bey künftiger Unserer Regierung.* Nec minus deinde Observantia testimonium præsto est, quæ etiam si, lege quippe illa prohibitiva antiquior, nihil probaret, haud parum tamen lucis meæ opinioni accenderet. Duo ex regimine Ferdinandi I. exempla profert PFEFFINGERUS l. c. in quibus illud præcipue notandum, quod, cum in reliquis Ferdinandi diplomatis v. g. in illo de a. 1533, quo hospitali Biberacensi jus asyli concessit aliique semper adhibeantur verba *an statt Kayserl. Majestät, auch für Uns selbst,* in his ne verbulo quidem Cæsaris fiat mentio, sed dignitas tribui dicatur *aus Rhœmischer, Khuniglicher macht, vollkommenheit,* claro indicio, propria potestate Ferdinandum hosce titulos contulisse. Hoc tamen jus nunc ita limitandum esse arbitror, ut quamvis regulariter sine mandato debeatur, tamen si expressis verbis in speciali quodam casu Imperator ipse ex gravissima causa contradiceret, Rex tunc illud in actum deducere haud posset.

§. XVIII.

Quod si nunc altera §. 16. memorata quæstio de jure primiarum precum, an nempe Regi illud relinquendum fit, excutienda est, lubens largior, hanc caussam, licet ab initio

initio expedita admodum videatur, si penitus inspicias, non levibus involutam esse dubius; unde etiam, cur Doctores hac in re definienda rursus tam parum sibi content, rationem repeto. Alii, iisque plerique, hanc prærogativam Regi plane denegant, alii rem circumducunt & omnibus ultra citroque allatis judicium suspendunt suum: aut si non suspendunt, tam caute certe procedunt, ut questione decisa nihil decidisse videantur; uti id SERNERO accidit: pauci denique eandem simpliciter tribuunt. Nunc ut, qua mihi stet tentatio, accurate possit perspicere, differam primo de temporibus, Capitulacione Maximiliani II. (cui quippe A. XXX. §. 3. Cap. nov. prius fuit insertus), anterioribus, transliturus deinde ad recentiora. Quodsi nimirum ad fundamentum, quo jus primariarum precum sua natura nititur, attendamus, patet, illud ex splendido illo, quod Imperatores olim exercuerunt jure circa Sacra, particulam esse reliquam. Cum itaque jus illud integrum, si Cæsaribus seculo XIII. & subsequentibus salvum adhuc fuisset, Regibus afferri nullo modo potuisset, apparet, nec jus primariarum precum, si ad fundamentum ejus respicias, adscribendum eis fuisse: Ast cum, quæ erat seculi istius persuasio, arbitrantur Germaniaæ Principes jus hocce ex coronatione sua in Rom. Reges sibi competere, (cujus rei testimonium luculentum videmus in diplom. Wencesl. in not. mox cit.) facile contingere potuit, ut Reges Rom. quoque noltro sensu tales ex erronea hac opinione statim a tempore coronationsis jus illud proprio nomine exercebant, idque adeo ex observantia hac, fundamento licet destituta, Regibus subsequentibus acquireretur. Quin ultius progredior, & licet probari multis exemplis non possit, Reges Rom. ad beneficia Ecclesiastica actu praesentasse, quo minus tamen jure id facere potuerint, cum Cæsares ipsi ex coronatione titulum hujus prærogative

gativæ derivarent, nihil arbitror ipsis obstitisse impedi-
menti. Jam vero ut, quid de nostris temporibus te-
nendum sit, quoque evolvam, pro variis circumstantiis
diversimode quoque statuendum esse, facile appetat. In
duos nimurum casus mihi erit inquirendum, 1) an Imper-
ator hanc prærogativam Regi possit concedere? 2) an Rex
suo jure illam sibi afferere queat? atque in utroque varia
iterum sunt discernenda. Quodsi itaque queritur, an
Imperator hocce jus Regi possit deferre, non arbitror,
quoniam ille ex mandato Cæsareo beneficiis prospicere queat,
ullum harere dubium. Illud vero majori dubio obno-
xiūm videtur, an Imperator eidem permittere possit, ut
suo ipsius nomine atque jure preces ad capitulum quad-
dam directas indulget. Dubitandi ratio in eo sita est,
quod, cum Cæsar Regem impedit, quo minus illius
majestas sit conspicua, ipse quoque suo pro arbitrio hoc
impedimentum removere posse videatur. Sed quia ex
hac concessione Capitulorum jura imminuerentur, atque
§. 3. A. XXX. in eorum quoque gratiam conditus esse
censendus sit, negativam potiorem esse existimo.

§. XIX.

Alter restat, quem proposui casus, an non conce-
dente Imperatore Rex hac facultate gaudeat, idque vel
absente aut impedito, vel regnante illo? Atque hic
quidem in illis circumstantiis, in quibus ex mea doctrina
totum regimen jure proprio neque simul delegato (vid.
infra §. 24.) ad Regem transit, arbitror, quanquam non-
nulla in contrariam partem adduci possint admodum spec-
iosa, eidem tamen hanc potestatem esse largiendam, li-
cet illud apprime notari velim, eum *suis* preces, non
Imperatorius ad Capitula dare, adeoque Cæsareo folio ad-
motum easdem non amplius porrigitur posse. Vigente
vero

vero ac regnante Cæsare, quo minus eandem tuear sententiam, impedit eadem, quam sæpius jam adduxi, Capitulationis dispositio, cum sane, siue nunc Rex semel tantum per omne vitæ suæ tempus, siue duabus vicibus non solum vi Regiæ, sed & Cæsareæ auctoritatis de beneficio provideret, non leve inde incommodum capitulis oriretur. *

§. XX.

Sic tandem ad tertiam quæstionem delabor, in qua de qualitate potestatis Regiæ disceptatur, propriane sit an vicaria? quod cum inter Doctores tantopere sit controversum, operæ pretium mihi videtur, in argumenta utriusque sententiæ accurate inquirere, & eam quæ mihi hæreat opinionem argumentis firmatam subjicere.

§. XXI.

* Observantiae quidem testimonium aliquis nunc mihi objiceret posset, adducto præclaro diplomate, quo Wenceslaus Rex a. 1376. Ruperto Seniori C. P. R. indulget, ut primarias preces ratione CORONATIONIS suis in Romanum Regem - - per civitatem diœcensem Spirensen & Wormatiensem tam de jure, quam ab antiqua consuetudine Divis Romanorum Regibus, suis Antecessoribus & Ipsi competentes, porrigerentur valeat & debeat &c. apud LUNIG. P. Sp. des Reichs-Arch. Cont. II. Abtb. IV. Abjchn. I. §. 12. p. 12. Sed cum hoc documentum & lege

fit antiquius, & ut observantia inde probetur, non iis, quas §. 16. adesse volui, circumstantiis fit munera, hoc dubium nullius esse momenti evidens est. Ratiocinis, quibus SPRNERUS vim hujus diplomatis enervare studet, afferens, & hoc esse ejusmodi tenoris unicum, & Wenceslau mandato patris forsan fuisse instructum, insistere nolui, cum & unicus quandoque actus observantiam possit producere, & ad conjecturam illæ configuat, eamque talem, quæ ipsis documenti verbis aperte refellitur.

§. XXI.

Delegatam potestatem Regis Romanorum esse existimant plurimi J. P. interpretes, * inter quos eminent vir acutissimus, cuius partes lubenter alias sequor, SPENERUS, qui totus in eo est, ut propriam Regi potestatem præfracte deneget. Cum vero sententiam ejus studiose ponderarem, observavi, illum & casus minus recte discernere, & argumenta ejus infirmo niti talo, remque per ambages ducendo ipsum causam suæ quasi diffidere. Argumenta quibus hypothesis quam adoptat muniri credit, ad tria fere redeunt. Primum eit, quod Rex, etiam si ideo constituantur, ut ipse Cæsarem adjuvet, ab eo tamen pro lubitu prætereatur: ** provocat deinde ad §. 3. Art. XXX. Capitulationis: *** Singulis tandem

quæ

* QUOS SPENERUS & PFEFFINGERUS II. cc. copiose allegant; eosdemque, si hujus rei curiosus evolvis, sylva Doctorum non sine tui tædio septos, videbis.

** In hanc sententiam jam inclinarunt Civitates Imperiales apud SLEID. I.c. L. VIII., cum in conventu Protestantum Francofurtano a. 1531. post multam super Rom. Regis creatione deliberationem ita sibi videri dicent: "ut propter titulum Ferdinando Regi tribuendum item nullam non necessariam subeant, aut periculum sibi creent ipsi, non videri consultum; quamdiu enim Cæsar aut vita superfit, aut sit intra fines Imperii, omnem esse pennes ipsum potestatem; absente autem illo rei summan ad Fer-

dinandum quidem venire, sed tanquam nomine & loco Cæsaris."

Idem sentit Saxo. Elector ejusque socii, cum inter conditiones, quibus Rex Romanorum eligi posset, hanc ponerent: Es sollen aber durch einen Römischen König, so bey leben eines Kœifers erwobt würdt daß regîment nicht anders, dann als einen mittheißer in dess Römischen Kœif, oder Königs Namen geführt werden, und der newe erwählte König vor sich selbst, sich dess Regiments nicht unterziehen. apud GOLDAST. polit. Reichs-Händel P. II. p. 142. die vermeinte Königliche Wahl betreffend actum & producsum in Schwæinfurt a. 1532. Cf. SLEIDANUS I.c. paullo inferius.

*** Ad hunc pañum præter multa alia, quæ pañim annotavi, illud

quæ ex observantia opponi possent dubiis respondet. Refutandis hisce non est, ut ulterius immorer, cum ex iis partim, quæ supra notavi, dilui possint, partim vero momentis infra ad propugnandam sententiam meam adducendis abunde iis satisfactum iri sperem.

§. XXII.

Easdem partes tuerunt ii quos recenset PFEFFINGERUS *I. c. L. I. T. X. S. 6. not. c.* qui diligenter pro more tam hujus quam contrariæ opinionis patronos atque argumenta larga manu affert, ita quidem, ut singulis quæ a proprie potestatis propaginatoribus in medium trahuntur, ex mente adversariorum respondeat. Et revera negari non potest, varias quæ ibi profligantur rationes eorum, qui propriam agnoscunt, nullius esse ponderis. Sunt tamen nonnullæ, passus præcipue recessuum, qui cum aliis contradicere videantur, altioris sunt indaginis. Licet enim cum TITIO *I. c. L. V. C. 8. §. 29.* idquod alias Lubenter admitto, hic etiam contendere possem, *captatis recessum formulis probare, argumentum esse, quo erubescere debemus,* hic tamen, in plerisque faltem, aliter procedendum esse existimo, cum si rite ad circumstanrias quæ tum adfuere attenderimus, fiat manifestum, non sine ratione & fundamento, sed studio & de industria formulas illas ita & non aliter fuisse adornatas easque di-
judican-

illud etiam cum LIMNÆO *ad Capitulat.* Ferdin. I. p. 473. moneo, hunc paragraphum de tempore & casu loqui, quo & quando Regis Rom. potestas in exercitio esse incipiat, non autem cuius nomine

tunc exerceri debet. Hinc SCHWE-
DER *Intr. in Jus publ. P. Spec. Seft.*
I. Cap. 3. §. 8. recte dicit, „pote-
„statem Regis esse ex electione,
„certo vero modo certoque tem-
„pore exercendam.

judicandas esse ex iis partim, quæ §. 4. proposui, partim ex §. 24. & sq., ubi meam declarabo mentem.

§. XXIII.

Progredior ad contrariæ sententiæ fautores, qui propria Regem potestate pollere autumant. Ex multis in arenam produco AUCTOREM *Meditat. ad Capitul. Josephi I. Artic. XLVII.*, qui tali potestate, quæ ex lege debetur, non tantum in casu absentia, sed quandocunque demum exercitum non solum totius regiminis, verum etiam unius juris majestatici Regi permittit Imperator, eum instructum esse putat. Accuratius aliquantum procedunt illi, qui hoc ad casum absentia restringunt. Sic LYNCKERUS *I. c.* contendit, Regem speciali Cæsaris mandato haud indigere, dummodo in electione admissio prima ad universitatem a parte Cæsaris interveniat. Quod si enim ea non accesserit, aut saltem lex eam suppleverit, Regem non constitui in Ese Regis. -- Subjicit -- Et si quando Cæsar Regem excitat, aut de sua voluntate instruit, commissio seu mandatum non potest dici tale, quo vicarius, delegatus aut commissarius constituantur. Idem adstruunt plures alii, quos videbis apud SPENERUM, PFEFFINGERUM II. cc. ANDLER *Conf. Imp. T. II.* p. 1142. aliosque. Asserta sua fulciunt passibus recessuum sub Ferdinandi I. conditorum, qui apud omnes caussam hanc tractantes autores copiose leguntur. Ast nec hi rem acu tetigisse videntur, cum iterum, quod hac tamen in caussa præcipuum est, separanda non separaverint, & recessuum locis, quos allegant, si absque ulla distinctione admittere ea velimus, sexcenta habeam in promptu alia, quæ iis opponere possim.

§. XXIV.

§. XXIV.

Utergo meam tandem, quod supereft, fententiam expōnam, illud quod jam monui hic repeto, probe fecernendos esse, qui ab invicem differunt casus, adhibendas Capitulationum dispositiones, easque si expressis verbis nihil fāciant, ex mente pacifcentium regulisque præsumptionum esse explicandas. Hæc ubi diligenter a me erunt excūfa, arbitror fore, ut non solum congruam & in jure fundatam fententiam inde exsculpam, fed facilis quoque & plana evadat diversarum quæ in recessibus occurruunt formularum conciliatio. Rationes ergo pro meo concipiendi modo sic erunt subducendæ. Imperator VEL absens aut impeditus saluti Germaniæ prospicere nequit, VEL præsens partem faltem curarum a se amoliri cupit. Si PRIUS, tunc *vel* iussa sua dedit Regi, *vel* sine ulla voluntatis declaratione gubernacula e manibus dimisit. POSTERIOR vero casus sine mandato cogitari non potest. In singulis diverso modo statuendum esse puto. Si absens *vel* impeditus mandatum non reliquerit Cæsar, tunc ipso jure vi electionis accepto Rex regimini admoveretur, (§. 5.) adeoque haberet potestatem propriam. Sin concedente Imperatore imperium fuscipit, delegata & propria eum gaudere existimo: delegata, quām vi mandati accepit, in quo Cæsar limites definire, & exercendæ potestatis modum designare potest: propria vero, quæ vi electionis ei debetur, cum hunc in finem sit electus, atque præteriri non possit. Quodsi partem administrationis faltem Cæsar Regi deferat, præsens & ad longum tempus non impeditus, tunc nonnili vicario nomine Rex commissa peraget, & intra terminos ipsi præscriptos se continere erit obstrictus. In effectu non levem esse discriminis rationem infra §. 30. docebo.

§. XXV.

§. XXV.

Decisionis meæ fundamentum partim iterum §. 11.
 Art. III. & §. 3. Art. XXX. nititur, ex quibus legitimate ratiocinando ea, quæ S. præc. attuli, tanquam consequiæ sponte sua fluunt, partim observantiaæ testimonia, quam nunc ex Recessibus a Ferdinando I. R. conditis ulterius probaturus sum. Id enim nunc mihi incumbit officii, ut, quod supra §. 22. promisi, formulas Recessuum examinem, rationesque earum ex obviis circumstantiis accurate tradam. Mirum enim quantum ingenia sua torserint, quicunque ad hos textus commentati sunt Doctores, quorum alii ad illos saltem attendentes, in quibus folio Cæsaris nomine aliquid expediti dicuntur, vicariam saltem, alii eos captantes passus, qui solius Regis faciunt mentionem, propriam, alii denique iisque quam plurimi ob frequentia verba von wegen Kaiserlicher Majestät, auch für uns selbst & delegatam & propriam Regis potestate esse putaverunt. Omnia harum formularum vero meo judicio facilis est conciliatio. Ferdinandus nimirum in Recessibus triplici modo loquì amat: aut enim sola Imperatoris, aut sola sua, aut utriusque auctoritate simul in negotia tractare dicit. Si solius Cæsaris nomen adhibet, MOGENIUS afferit, manifestum esse, "Regem ab eo mandatum & commissionem specialissimam habuisse, ad certum aliquem actum specialiter expressum" atque in hujus rei argumentum allegat S. 131. *videlicet R. I. Spirens. de a. 1542.* quo Ferdinandus folio Cæsaris nomine ad quinque annos pacem relig. prorogavit. Addit tandem "quocunque demum loco legimus, Regem solo Cæsaris nomine exercuisse potestatem, ibi quoque videmus eum speciale ad a etiis specialissimum habuisse mandatum." Hanc quidem regulam utique & ego admitto, sub ea tamen

XXX

tamen cautela, ne convertatur, tunc enim infirmo nitetur talo, cuius rei exemplum in ipsa MOGENII doctrina occurrit. Affert nimurum Recessum Imp. Augustanum de a. 1555. & Ferdinandum ad habenda Comitia Augu-stana speciali instructum fuisse mandato affirmat; cum tamen in hoc Recessu omnia utriusque auctoritate fieri appareat. Hæc licet ita sese habeant, aliam tamen de-prehendisse mihi videor circumstantiam, quæ perspicue nos edocet, cur Ferdinandus quandoque Cæsaris tantum nomine utatur. Reperi nimurum, eundem, ut pri-mum de religione sermo est, nunquam suum nomen ad-jicere, licet in omnibus ejusdem Recessus locis, ubi alia de re agitur, data opera illud addere nunquam negligat.*

Hinc

* Sic ipse a MOGENIO allega-tus §. 131. und damit: R. I. Spir. de a. 1542. de religione agit, sic in §. 35. *Wir und die Kayserl. Com-missarien &c seqq. Rec. Imp. Nor.* de a. 1543. nomen suum omittit Ferdinandus; quæritur autem ibi-de de Protestantibus: in sequen-tibus vero paragaphis, ubi alia de re sermo, illud iterum mox ad-dit. Sic in Transactio[n]e Passa-viens mediatoris faltem partes fu-nimuit Ferdinandus. Notatu in-primis digna sunt verba *Transact. Linsen* de a. 1552. §. 1. *Erfüll-chen daß Ihre Römische Konigl. Maj. anzfat und im Namen der Röm Kayserl. Majestät, und Sei-ner Churfürstl. Gnaden für sich selbst, und von wegen Margraf Albrecht zu Brandenburg &c.* Idem dicendum est de §. 140. So

haben sich R. I. Aug. de a. 1555. atque proem. & §. 1. R. I. Ratib[us] de a. 1557. & sane liquet, ipsum Carolum ideo, quod modo proce-dendi, quem Ferdinandus mitis & moderati ingenii Princeps cum Protestantibus tenuit, non admo-dum erat contentus, licet eidem potestatem omnia perficiendi ple-nariam dederit, maximopere tam-en cavisse, ne a commissariis suis, si qui intererant, ipsius no-minis, antequam tota causa ipsi ex-polita fuerit, rathabitio fieret. Perspicue id loquuntur literæ Ca-roli citt. ad Commis[s]ar. Augu-st. a. 1555. data apud LEHMANN I. c. Lib. I. C. 31. in quibus, postquam iis injunxit, ut omnia que agan-tur, ipsi diligenter perscriberent, ita pergit: *Nachdem wir auch nicht wissen mögen, wie sich die Hand*

F

Hinc arbitror, MOGENII regula in genere licet fundata, ad explicandas tamen a Ferdinando in usum vocatas formulas non esse opus, meamque ex ipsa quippe Ferdinandi indole desuntam sententiam maiorem veritatis speciem pra se ferre. Plura vero loca, in quibus Ferdinandus sola fratria auctoritate se agere profiteatur, vix reperiire est. Quotiescumque vero Carolo absente partes ejus tuitus est, semper adhibet verba: *Von Kayserlicher Majestät wegen, auch für Uns selbst,* (idque jure meritoque) atque ita quidem, ut, quamvis iussu Caroli ea quæ gerit, gerere se fateatur, suo tamen nomine simul eadem perfici operose annotet.* Suo tandem fundamento nituntur quæ MOGENIUS addit, ** licet rariora sint exempla, in quibus

Handlungen, soulderlich der Religion halber, auf gemeldter Reichs-Versammlung angeschickter mächteten, und doch wohl beforgan, es werde, oder möchte von etlichen vielleicht dermaßen beschwerliche Puncten erregt werden, die wir, da wir selbst zugegen wären, keinerwegs bewilligen könnten, noch solten, und das derhalb in hoch gemeldten Unsern freundlichen lieben Brüdern den Römischen König etc. sonder Zweifel auch wider Seiner Liebden Willen und Gemüth (demnach wir sie ja und allwegen für einen Christlichen König erkent und noch) von etlichen Ständen zum bestigsten getrungen werden möchtet, derhalb Euer Liebden (Ottos Ep. Aug.) und du, - NICHTS VON UNSERT WEGEN AUTORISIREN. - und won unsfern wegen nichts anders darzu thun

sollen, dann Ihr Ld. unterblänigen Beystand leisten, und alle Sachen mögliches Fleiß zum besten befürdern beffera.

* v. R. I. Spir. de a. 1542, §. 3. So hat dem allem nach: ubi dicit se comitia indixisse aus Ibro Kayserl. Maj. Befehls mox tamen subjunction: im Nalvnen Ihrer Kayserlichen Majestät, auch für Uns selbst. Plures recessum textus, in quibus hæc formula occurrit, cum culibet R. I. Spir. & Norimb. de a. 1542, itidem Norimb. de a. 1543, August. dea. 1555. Ord. Cam. eod. a. R. Ratisb. de anno 1557. insipienti quavis pagina obvia sint.

** l.c. §. 24. "Quoties Imperator Romanorum Regi nullum dedit mandatum, & hic ex propria

quibus sui ipsius tantum meminerit, & que ac illa, quæ
fratris saltem faciunt mentionem. Quodsi nunc has loquen-
di formulas secundum meam de qualitate potestatis re-
giae doctrinam examinemus, amice illas cum eadem con-
spirare, nec Carolum Ferdinandumque aliter fentisse ap-
parebit cuilibet. Ut enim quid circa usum earundem ju-
ris sit, paucis includam terminis, arbitror, Regem cau-
fas a præsente & vigente Cæsare commissas solo ejusdem,*
ab absente vero mandatas utriusque, impedito vero vel
absente nec delegante omnia suo solius nomine expedire
debere & posse.

§. XXVI.

Reliquum est, ut quorundam aliorum Doctorum sen-
tentiam sub incudem quoque revocem, qui, cum Regis
nec propriam nec delegatam potestatem agnoscant, in
anci-

„pria & per delationem, acquisita
„potestate cum presumtivo saltem
„Imperatoris consenu exercitum
„majestatis Imp. Rom. Germ. di-
„rexit, toties Rex suo solum no-
„mine Imperatoris omisso geslit ne-
„gotia. Manifestum hoc est ex §.
„58. Demnach habez R. I. Spir.
„de a. 1542. ubi Ferdinandus ex-
„prefsis enunciis verbis: Er habe
„auf der Churfürsten, Fürsten und
„Stände und der abwesenden Bott-
„schäften unterthäniger Bitte gnü-
„diglich berwilliget. Si igitur Sta-
„tus Imperii Ferdinandum de re
„aliqua oraverunt, cum Comitia
„fere ad finem essent perducta,
„extra dubitationis aleam est, Ca-
„rolum V. in Hispania commo-

„rantem nihil ea de re novisse,
„quod etiam Ferdinandus per hæc
„verba und aufgenommen exprim-
„mera videtur. Simili ratione di-
„cit Ferdinandus §. 3. tit. 1. P. I.
„Ord. Cam. se in posterum Judi-
„cem & quosdam Cameræ Afflō-
„res, si forte Cæsar abesset, con-
„stituturum.”

* Huc quoque pertinet, quod
in quibusdam Diplomatibus Fer-
dinandi III. Regis superfite patre
editis legamus: In Kraft der Kay-
serlichen Majestät Unsers freund-
lich geliebten Vaters und Herrn Uns
ertheilten Vollmacht. vid. LONDORF
I. c. T. IV. p. 681, § 682.

ancipiūt̄ quasi fluctuantēs unicūm eumque p̄cipiūm casum, absentiā nimirū, recte decidunt, rem vero omnem minus accurate quippe reliquos separando non penitus exhaustiūt̄, licet ad meam opinionem inclinare videantur. Inter hos in primis referendus est MÜLLERUS l.c. sub Max. I. P.I. Cap. i. §. 9. & 10. qui fere mihi consentiret, modo ad casuum varietatem paullo follicitius attendisset. Tradit̄ nempe ille, "distinguendū esse inter actūm primum atque secundū: illum semper apud Regem manere eodemque quo apud Cæsarem modo: hunc vero per totū tempūs quo Imperator ipse regno p̄videt, tam ex pacto Capitulationis, quam ex lege seu ob servantia esse suspensum, Regemque, si quid negotii gerere velit, speciali commissiōne opus habere; quamvis deinde sibi delata, non solum loco & auctoritate Imperatoris, sed & vi electionis proprio jure expediāt. Quod si ergo in instrumentis publicis verba *für Uns selbst* non occurrant, reverentiam & urbanitatem Regis erga Cæsarem ejus rei caussam esse. Sin hic absens aut impeditus sit, illum speciali mandato haud indigere, sed juribus suis invito etiam Cæsare frui, & licet subinde evenierit, ut etiam hoc in casu Rex commissionis Cæsareæ fecerit mentionem, illud tamen iterum ex decori regulis profectum esse." Plura hic egregie dicta esse fateor, ea tamen quae ex aſte mihi non satisfaciunt, cum nec casus variii, uti decebat, fecernantur & in urbanitate quaeratur, quod ex alio fundamento petendum erat. Nec illud mihi arridet, quod Regem in demandato negotio p̄sente etiam & vigente Imperatore non tantum hujus, sed suum quoque nomen adhibere posse sibi persuaserit.

S. XXVII.

§. XXVII.

Alter, quem produco, LIMNÆUS * est, qui variis in locis Regem nonnisi jubentis Cæsarî vices tueri posse probare annititur; sin quædam eidem permitta sint, ejus non solum vicarias, sed proprias quoque esse partes eo tempore acquitas, quo ab Electoribus regali folio fuit admotus, in animum sibi inducit. Quæ afflata num suum tenere possint locum ad intelligendum, ex iis quæ supra notata, non difficile est. **

§. XXVIII.

Singularis plane est PFEFFINGERI sententia, qui cum *L. I. T. X.* in vicariam Regis potestatem propendere videatur, *L. III. T. VI.* tot diplomatibus, quibus Reges Rom. antiquiores tam egregia jura majestatica sua sola auctoritate exercuerunt, motus, gesta eorum demum ab Imperatoris obitu plenum fortita esse effectum putat hac ratione usus, quod nec olim gavisi fuerint, nec hodie gaudent Reges Imperatori contraria statuendi jure. Sed licet ultimum hoc nec ego dicere ausim, non tamen video, cur ad tam singularem prorsus opinionem ideo mox prolabendum sit, cum tam ex eo, quod Regia jura nondum fuerint definita, quam ex consensu, quem Imperatores patres filii largiti sunt, omnis ista difficultas ex tot documentis scrupuloso PFEFFINGERO movens facile removeri possit.

* Male carpit LIMNÆUM SPERNERUS *l. c. §. 6. not. b.* quod sibi non constet, cum certe ejusdem doctrina optime coharet. Illud enim, quod Regi iusta Imperatoris expectanda esse credit, fane non impediret, quo minus sua quoque auctoritate eadem perficere possit.

** Eidem fere opinioni addicti sunt STRUVIUS in *Corp. Jur. Publ. Cap. XV. §. 7.* & KEMMERICH. *Introd. in J. P. L. III. C. 7. §. 18.*

S. XXIX.

Absolutis nunc quæ de potestate Regis evolvenda erant capitibus, a re mea non alienum esse existimo duas adhuc quæstiones cum dictis arctissimo vinculo conne-
xas paucis examinare. Cum nimurum notissima res sit,
non tantum Imperatoribus, sed & Regibus Rom. nor-
mam quandam regiminis, Capitulationem vocant, ab
Electoribus præscribi, quæri hic potest, quamnam Rex
in gerendis Germanæ rebus, suamne an Cæsaream sequi
teneatur? Primo quidem intuitu caussam hanc nulli du-
bio obnoxiam esse putavi, adstipulatus *Mosero Staats-
Recht. T. VII. C. 139. §. 21.* qui Regem si propria gau-
deat potestate suæ Capitulationi, sin delegatam habeat,
Cæsareæ ut agat convienter obstrictum esse affirmat. Sed
accuratius perpendenti non leve quod me transversum egit
natum est dubium. Ut enim illud fileam, quod Capitu-
latione Regi saltem in casum *der künftigen Kaiserlichen Re-
gierung* sit præscripta; (Electores enim de quæstione ob-
via vel non cogitasse, vel ab ea forsitan studio abstinuisse
vero haud absimile est) in haud leve profecto Imperatoris
detrimentum vergere posset, si Rex impedito nec man-
dante Cæsare proprio jure gubernans actiones suæ Ca-
pitulationi accommodaret. Cum enim Imperatores Re-
gesque soli potestate legislatoria in Germania non pol-
leant, nec soli jura maiestatica pleraque exercere queant,
sed Statuum non solum vota conquerere, verum simul
etiam pacta cum iisdem inita ob oculos habere debeant,
plana inde fluit consequentia, eos invita altera pacifcen-
tium parte ab iis de quibus fœmel conventum non posse
recedere. Nunc autem cum experientia constet, in Ca-
pitulationibus posterioribus jura Cæsarum semper magis
fere

fere restricta fuisse, * quam in anterioribus factum, facile contingere potest, ut Rex ad sua Capitulationis regulam negotia quædam peragens arctioribus circumferatur limitibus, quam Imperator ipse, cui forsan circa eadem liberiores fuissent manus. Hinc quia ipse, ut Vicariorum Imp. gesta, ita omnia, quæ Rex in casu substrato perfecit, rata habere debet, sive eidem insigni cederet damno, si Rex sua Capitulationi esset adstrictus: quod, cum sine ulla sui culpa fieri possit, ut absque ipsis mandato summa imperii ad Regem transeat, dictum admodum durum esset.

§. XXX.

An & quando Rex administrationis sua debeat reddere rationem? paucissimis subjicio, cum sententiae maxima fundamenta ex iis quæ hucusque disputavi repetenda sint. Antiquoribus nimirum temporibus, cum nexus inter Imperatorem, Regem & Status alius fuerit, ac ille qui hodie intercedit, quin Cæsares omnia, quæ sine ipsis jussu a Regibus fuerunt administrata rescindere potuerint, nequaquam dubito. ** Quod vero nostra attinet tempora,

* Hujus rei in novissima quoque Josephi H. Regis Capitulatione, licet a paterna leviter differat, manifestissimum habemus testimonium. Cum enim in anterioribus Capitulationibus legantur *UNSERE Reichs-Hofrath*, in hac scilicet dicta *DER Reichs-Hofrath*; quare Electores illi opinioni aulae Cæsareae obviari ire voluisse videntur, qua fibi persuasit, judicium Imperii articulum ab Imperatore solo dependere; atque hunc muta-

tione lites forsan Cæarem inter & quandam Imperii Statum nostra memoria orta antam dederunt.

** Memoratu dignissima sunt, quæ in charta Henrici VII. Regis, qua sententiam anteac incio Cela-re a se latam revocat, apud LUNIG Specie. Eccl. P. III. C. 5. Tit. Corvey §. 14 occurunt: *Ad notitiam univerorum voluntus pervenire Nos mandatum Domini Imperatoris Patris Nostri recepisse, quod nequa-*

ra, de iis quæ ex Cæsaris seu præsentis seu impediti mandatis Rex perfecit, rationes sunt referendæ, quæ eo in casu, quo sine commissione quædam jure fuerunt ab eodem peracta meo arbitrio exigi non poterunt. *

§. XXXI.

Coronidis loco, ut promissa servem, de majestate Regis, quanquam tota hæc cauſa ex dictis jam potest intelligi, quædam tamen sunt differenda. Differere ita studebo, ut neglectis Doctorum nugis ** ex singulari Imperii Germanici forma legumque mente adhibitis simul solidis juris publici universalis principiis concinna & veritati consentanea sententia erui possit. Hoc itaque ut fieri queat, ante omnia de genuina majestatis notione constare debet. Notum enim est, quam anxii in tradendo ejus conceptu hæserint eruditæ, quorum opiniones vero examinare non hujus est loci. Ego quidem existimo, si vim vocabuli atque loquendi usum consulimus, majestatem cum Imperio Civili exacte convenire, adeoque esse jus

nequaquam ratam babere vellet
Warandiam, quam in solemnis
Curia nostra apud Herbipolim fe-
cisse dinoctiur de Monte Martis
Archbi-Episcopo Coloniensi in Ab-
batis Dielecti Principis Nostræ pre-
judicium Corbeienfis & quod eun-
dem Abbatem in possessionem dicti
Montis remitteremus eidem plenam
Warandiam praestando predictius
Dominus Noster Imperator Nobis
firmiter injunxit. Idem apud
SCHEIDUM Orig. Guelph. T. III.
p. 680. regalium, quæ Conrado
Hildesh. Episc. concesserat, confir-
mationem a patre petit.

* Illud adhuc notari velim,
acta Regis ut valida reddantur,
atque mutua ex iis oriatur obliga-
tio, confirmatione Cæsarea haud
indigere, modo jure ab eodem
fuerint suscepta. vid. EUROPA. HE-
ROLD Haupft. I. p. 157.

** Piget referre, quæ, ut cum
TITIO loquar, suaviter de ea phi-
losophati sunt Dolores. Ea nosse
cupidi aedant SPENERUM, l.c.
§. 10. MÜLLERUM R. T. Tb.
Jub Max. I. Vorft. I. Cap. 1. &
§. 9. & 10. aliosque.

jus actiones aliorum ad obtainendam Civitatis securitatem dirigendi: Unde apparet majestatem sine ulla ratione de eo prædicari, qui summa per civitatem potestate, hoc est ea, quæ a nemine uno dependeat, destitutus est. Hæc nunc si doctrinæ de Rege Rom. absque ullo partium studio accommodemus, manifestum fiet, majestatem propriam per ipsam electionem in Regem deferri, ita quidem, ut externo ejusdem cultu, dignitatibus, splendore non minus ac aliis Reges ab ipso designationis momento fit conspicuus: interna vero majestas, quæ in complexu & exercitu juriū majestaticorum consistit usque ad mortem Imperatoris quiescat, atque tum denum sine ulla tam ulteriore delatione statim se exserere possit; id quod etiam ad eos casus, in quibus meo judicio Rex propria auctoritate imperium dirigit, erit extendendum: quæ tunc num sit coordinata Cæsareæ, quod contendit AUCTOR Medit. ad Capit. Jos. I. A. 47. not. a. *num una majestas, una specie, una numero eaque individua*, quod MÜLLERUS l. c. defendit, cum mihi sit perinde & ad ipsam rem parum conferat, hic esto dicendorum.

F I N I S.



G

66 (50) 50

AUCTORI
DISSERTATIONIS
S. P. D.
PRÆSES.

Quamvis non parcus adeo juvenum est Augusta
Themidos Sacra in nostra hac Musarum sede
haud proletarie colentium numerus, tamen erat
nemo, quocum libentius primum, ex quo publici
Doctoris partes obeo, cathedram consendisse,
& pauci, quibuscum æque libenter, quam Tecum,
mi HER MANN! Adeo mihi cognita est
egregia, quam olim strenuus in Philosophorum
castris miles, in morali doctrina, elegantiorique
literatura collegisti, atque dein per plurium annorum
decursum in Jureconsultorum subselliis
pertinaci studio auxisti, rerum ad jurisprudentiam
pertinentium suppellex. Hanc vero, quam ego,
oculatus per quadriennii spatium testis, pridem
in

in Te judicavi esse eximiam plane ingenii indolem,
abunde nunc loquitur pulcerrime non adumbrata,
sed expressa Regiae in Germania Potestatis imago,
quam limpidis ex fontibus haustam literati orbis
censuræ modeste subjicis. Argumentum ex
publica Germanici Juris prudentia delibasti non
umbratile & otiosum, sed quod a vera utilitate
sece commendat: non vulgare, sed quod multa
alia dignitate vincit: non tritum & exhaustum,
sed tale, in quo rite praeuntem expertus es fere
neminem unum: non denique planum & liqui-
dum, sed aleæ & periculi plenum, in quo, legis-
latore perspicue omnia & singula haud definiente,
multum quemlibet secum meditari oportet, quo
pacto ex impeditis difficultatum nodis sece extricet,
quos & hic necit singularis Germanicæ reipublicæ
facies. In eodem elaborando eam mihi videris
ingressus viam, quæ hominem ingenuum & unice
studiosum veritatis decet, scilicet, qui abdicare
putidum partium studium, excutere doctæ servitu-
tis, id est præconceptarum opinionum jugum recte
didicit. Quibus ita comparatis, quam præclara
olim ex Tuis conatibus in publicam rem commoda

a Te

a Te jure suo expectat patria? quam ampla Tu
Tuo jure expectas meritorum elogia, honores,
titulos, præmia, aliis non parta remedii, quam
virtute & doctrina? Age, Suavissime! operam-
que a Te solo profectam, solus defende: me,
quod moris est, comitem, &, quod officii,
ardentem laudum Tuarum præconeum habebis.
Vale!



2. 328

Ex Tuis carmine in hospitium tuum conuicione
dibitis. Quippe in conuicione, datus luciferis
pudicum percutientem. excite obicitur leviter
tumultu. tunc bissecor celestium opinionum iunctu lege
victus. tunc ex Tuis carmine in hospitium tuum conuicione
dibitis.

Strasburg, Diss., 1760-75

ULB Halle
004 359 240

3



f

sb.

Pub. 7. num. 23.

POTESTATE 1764,
REGIS ROMANORUM
COMMENTATIO JURIS PUBLICI.

QUA M

PRÆSIDENT

DN. JOH. FRIDERICO EHRLEN

PHIL. D. & INST. IMP. PROF. PUBL. ORD.

DIE LUNÆ XXIV. DEC. MDCCLXIV.

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

A U C T O R

JOHANNES FRIDERICUS HERRMANN

ARGENTINENSIS.

H₀ L₀ Q₀ C

ARGENTORATI

Excudebat JOH. HENRICUS HEITZ Universitatis Typogr.

